


EVRIP.


EVRIP.
Sent. GL.
VD.
EVRIPID ARISTO
1
7
62









VII
ex EVRIP.
Sentent. G. L.
~~Noms~~
NEAND

ΑΡΙΣΤΟΛΟ-
ΓΙΑ ΕΥΡΙΠΙΔΕΙΗ
ἑλληνικολατίνη.

ARISTOLOGIA EV-
RIPIDEA GRAE-
colatina.

Hoc est, quicquid in Euripide, Tragicorum principe, memorabile est: Sentētiæ grauißimæ, & doctrinæ de totius uitæ honesta & utili gubernatione, de omnibus quæ in hominum uita accidere possunt: cum occasione singulorum dictorum, & accommodatione eorumdem, ad marginem Græcum fideliter adscripta. Argumenta quoque singulis Tragœdijs, secundum historiæ & fabularum ordinem, præmissa sunt.

A' MICHAELE NEANDRO
Sorauiensi.

Acceßit quoq; rerum & uerborum Index copiosus.

CLEMENS ALEXANDRINVS
lib. 2. στρωμάτων.
Χρὴ τὸ ἐξ ἁπάσης παιδείας χρήσιμον ἐκλεγομένους ἡμᾶς ἔχειν.



Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio ad decennium.

BASILEAE, PER IOannem Oporinum.

Ex legato D. Equitis Antonii Francisci de Marmis

CLARISSIMIS VIRIS, VIRTUTE ATQVE PRVDENTIA PRAESTANTISsimis, D. Consulibus atq; Senatoribus in Frankenhusa, suis Dominis atq; patronis colendissimis, S. D.



VEMADMODVM [a] Xenophō philosophus, rhetor & historicus suauissimus et eloquentissimus, scripsit de Socrate, summo philosopho, ὅτι καὶ παίζων οὐδὲν ἧττον ἐλυσιτέλει τοῖς συνδιατρίβουσιν αὐτῷ, quòd & ioci ipsius graues, pleniq; doctrinæ & sapientiæ fuerint, unde ad auditores nō minus fructus quàm ex serijs redire solebat: ita rectè & uerè fecisse putabimus [b] Ciceronem, eloquentię illum fontem limpidissimum, dum singulos se Euripidis tragicorum principis uersus, singula axiomata putare, scribere non est ueritus. Propterea quòd ipse Cicero, excusso iudicio, summo ingenio, eruditioneq; incredibili, & eloquētia propè diuina præditus, donoq; quodam prouidentiæ genitus (ut [c] Quintilianus alicubi scripsit) & quemadmodum in aliorum optimorum autorum, ita quoq; in Euripidis lectione præclarè uersatus, facilè obseruasset, singula quæ uel ab alijs in eo autore ut nullius momenti prætereuntur, omnia sapientissimè & grauissimè esse cogitata, dicta & scripta: & propositas commonefactiones de omnis generis casibus, qui in hominum uita accidere possunt: quemadmodum similiter & alios idem de uersibus Virgilianis docuisse obseruauimus.

[a] Lib. 4. de memorabilibus dictis ac factis Socratis.

[b] Lib. 16. Epistolarum famil.

[c] Lib. 10. Institut. orat.

Rectè ergo & laudabiliter facere putabimus omnes eos, qui quocunq; tandem modo hoc efficere conātur, ut iuuentuti eum authorem commendent: & eius scriptoris si non omnia, ea saltem quæ uidentur esse præcipua, maximeq; obseruanda, utilia & necessaria, familiariter ipsis nota faciant: ut inde depromant ex sapientissimo & castissimo, simul quoq; antiquissimo scripto

re, optimo morum & studiorum formatore & artifice, tum honestè uiuendi præcepta, tum commonefactiones pias, sapientes & utiles de omnibus, de quibus doceri homines maximum est operæprecium.

Nec uideo an quicquam, hoc præcipuè peruersissimo seculo, æquè sit necessarium ac utile, quàm subinde repetere ac inculcare, quæ de pœnis horrendis scelerum, libidinum, & aliorum peccatorum, à quocunque rectè & uerè dicuntur: quæ etiam de morum, denique totius uitæ pia & honesta institutione, honesta & salutaria præcepta, quocunque etiam modo, seu in poemate, seu alia narratione proponuntur. Cum iam, postquam longius ab origine recessimus (ut [d] Plato loquitur) ultimam destructionem minitantibus singulis, labante iam mundo effœto, & hominum improbitatis pertæso (quemadmodum est in [e] uetere poemate) longius quoque recedant homines ab ijs quæ piè, rectè, & secundum uoluntatē Dei fieri debebant. Quare Socrates, ἀνθρώπων πάντων σοφώτατος ille, [f] Apollinis etiam testimonio, semper in ore fertur habuisse uersum Homericum

Ὅττι [g] τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται

Aedibus in nostris quæ praua aut recta geruntur.

Eum solebat assiduè occinere suis auditoribus, de ijsdem semper docens eadem: quemadmodum id ipsi etiam uitio datum & exprobratum nouimus. Dehortabatur autem eos hoc uersu à studio rerum naturaliū ac supernaturalium: à disciplinis item Mathematicis reuocabat, ad curam moralis philosophiæ, quòd hæc tractet ea quę propriè ad nos pertineant. Ei uerò iubebat præcipuam curam impendere, relinquens interim cæteris etiam disciplinis & studijs suum usum & locum. Cæterùm finem studiorum pręcipuum esse uoluit eam philosophiæ partem, quam ἠθικὴν appellamus: quæ uitam, mores & studia format, principia sumens ex ipsa lege naturæ singulorum mentibus insculpta et impressa. Valere enim iubebimus studia, si non homines moratiores & politiores, humaniores quoque efficiant: quemadmodum [h] Poeta etiam eum studiorum finem constituere

d In Philebo.

e Apud Stasinum poetā, qui Cypriaca scripsit: quemadmodum meminerūt Homeri Scholia in primum Iliados, Euripides quoq; aliquoties.

f Diog. Laertius in uita Socratis.

g Gellius lib. 14. cap. 16. Diogenes item in Socrate. Extat autem apud Homerum 4. Odyß.

h Ouid. lib. 1. de Ponto.

conſtituere uoluit, quando inquit:

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura eſt,
Pectora molleſcunt, aſperitasq; fugit.

Exemplum itaq; Socratis & nos imitati, aſsiduè inculcabimus illud quod apud [i] Homerũ iubet facere ſuam Andromachen Hector, matrem quoq; Penelopen filius Telemachus:

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε:
Quin in tecta abiens, tua propria munia cura.

Quia uerò in Euripide noſtro præcipua pars eius philoſophiæ, quæ mores, uitã & ſtudia informat, traditur: ut omnibns conſuleremus, tum pauperibus, qui totum opus Euripidis habere non poſſunt, tum quoq; occupatis qui omnia eius euoluere nequeunt, maximè autem adoleſcentibus qui per ætatem adhuc imbecillem à lectione eius authoris prohibentur: obſeruauimus in gratiam horum, cuncta quæ in Euripidis tragœdijs uidebantur eſſe illuſtria, & in communi uita ad quoſuis caſus accommodatiſsima: hoc eſt, pulcherrimas & ſapientiſsimas doctrinas, propter ipſam etiam antiquitatem uenerabiles & graues, & quatuor plerunq;, uel etiam paucioribus uerſibus incluſas, breuitatis etiam ergò commendabiles. Idq; etiam ideò fecimus, ut adoleſcentes hac ratione, cũ iam ſat roboris, iudicij atq; eruditionis adepti eſſent, ad legendum totum Euripidem excitaremus, captos & delinitos paucis iſtis margaritis, unionibus & gemmis: quas interea ipſis oſtendere & exhibere uoluimus, ut ijs nõ tantum digitos, quemadmodum alij aureis annulis, cingerent. ſed ſtudia, mores, omnemq; ſuam uitam excultam exornarent: cùm omnia quę in hoc libello retulimus, eius generis eſſe uoluerimus, ut intelligerẽt adoleſcẽtes nos hoc ſtuduiſſe, ut παισὶ χρήσιμα diceremus: quemadmodũ de Epicharmo Siculo dulciſsimè ſcripſit [l] Poeta & ipſe Siculus.

Ideoq; ut eſſent planiora omnia, non tantum Græca ex Euripide deſcripſimus, ſed etiam Latina mox è regione addidimus, ut ita uel puer mediocriter etiam in primis linguæ Græcæ elementis inſtitutus, ſine præce-

i Lib. 6. Iliados & 1. Odyſ. quãuis aliàs quoque ſolẽnis uerſus ſit apud Homerũ.

l Theocritus, in Epigrammate, πολλὰ γὰρ ποτὶ τὰν ζοὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα, μεγάλα χάρις αὐτῷ. *Idẽ prædicat Philoſtratus de Apollonio illo Tyaneo, lib. 4. eius hiſtoriæ.*

ptore, in Euripidæis cum uoluptate & utilitate uersari posset. Nec istis contenti, adiecimus etiam ad marginem latinum, causas & occasiones singulorum dictorum, quando etiam & à quo ununquodque diceretur. non parum enim & id referre putauimus, scire, cui personæ tribuatur, id quod sapienter & præclarè dicitur: cum plus uibret & feriat mentes hominum sapiens sermo ab Hercule, Achille, Agamemnone, Nestore, Socrate, uate seu sacerdote aliquo, principe uiro, seu rege prolatus ([l] quemadmodum ipse quoque id docet Euripides) quòd ijs opinionem pietatis, sapientiæ & uirtutis tribuerit antiquitas: quam seu [m] Thersitæ mõstrosi, seu Aiacis blasphemi, seu Capanei in deos contumeliosi, seu Idæ etiã superbi & in suis uirib. hastaque cõfidentis, reiecto deorum auxilio: quòd plerunque [n] sapiens sapienter, stultus uerò stultè loquatur.[o] tametsi interim uerè & rectè dictum sit, nullius seu sermonem seu consilium aspernandum aut reijciendum esse. In margine uerò Græco, singulorum usum & accõmodationem cum expositione quoque eorum quæ minus aperta esse uidebantur, adscripsimus. Singulis quoque tragœdijs argumenta præfiximus, ex ipso contextu & ordine narrationis à nobis fideliter conscripta. putauimus enim & hoc pacto lucem accessuram singulis, quæ ex unaqualibet tragœdia, ut maximè insignia & notatu dignissima, Græcolatina, cum usu & expositione eorundem, propter adolescentes obseruauimus.

Ordinem uerò tragœdiarum mutauimus, nec nullis moti rationibus. Primo enim loco posuimus eas, quę ex Troiana historia argumentum sumpserunt, quæ in toto numero decem sunt: non tempus in hac distributione, sed argumentum & historiam sequuti: cum sciremus, [p] Herculanam, Argonautarum item in Colchos

profectio-

l In Hecuba. Eos uersus Euripidis, Gellius in Noctib. suis Atticis lib. 11. cap. 4. Latinos refert ex Qu. Ennij Tragœdia:

Nam cum opulenti loquuntur, pariter atque ignobiles
Eadem dicta, eademque oratio æqua non æquè ualet.

m De Thersita est apud Homerum 2. Iliados: Aiace uerò Telamonio apud Sophoclẽ in μαστιγοφόρῳ: altero autem Aiace Oileo, 4. Odyss. Homeri: Capaneo uerò superbiloquo, apud Euripidem in Phœnissis, & de Ida lib. 1. carminis Argonautici Apollonij.

n μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει: Eurip. in Bacchis.

o Nemo quisquã tam afflictis est morib. quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quod laudari queat. unde hic antiquissimus uersuum, uice prouerbij celebratus est: πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. Gellius lib. 2. cap. 6.

p Troia enim capta est anno mundi 2780, teste Eusebio. ante Christum autem natum, 1183, die Aprilis 24. ante initium urbis Romæ, 432: autore Plutarcho in Camillo. Eam Troiæ euersionem annis 40 præcessit Argonautarũ in Colchos Scithiæ profectio, ubi Troia primò capta est ab Hercule, cum à Laomedonte rege Troiæ nullis hospitalitatis officijs ipse Hercules cum Argonautis acciperetur: autore Darete Phrygio in historia Troiana. quamuis alij alias causas afferant.

profectionem, & quæ de Medea & Iasone scribit Euripides, bellum item Thebanum inter duos fratres excitatum, omnia antiquiora esse Troianis. Postea Phœnissas cum Supplicibus subiecimus. continent aũt hæ duę tragœdiæ, belli Thebani historiam tristissimam.

Oedipus enim rex Thebanus, interfecto patre suo Laio, celebrat deinde incestas nuptias cum matre Iocaste, sed inscius. Filij ex incestis nuptijs nati, duo fratres Eteocles & Polynices, de regno contendentes, cùm in singulari certamine congressi essent, de summa rerum pugnaturi, mutuis uulneribus miserè confecti, uterq; in ea monarchia perierunt: ipsis spectatoribus tristissimum spectaculum. Postea mater Iocaste, cum utrunq; cõcidisse uideret, rapto ferro è uulnere alterius, seipsam quoq; miserè confodiẽs, cadensq; filios medios amplectitur. Ipse deinde Oedipus cæcus, ereptis sibi ipsi oculis, in exilium pellitur à Creonte: ubi hiatu terræ absorptus est. Sunt multa alia tristia & horrẽda in ea historia, quæ tum ex argumentis, tum quoq; ex contextu ipso, qualia sint, facilè cogitabunt adolescentes.

Postea quę restant, reliquas septem Tragœdias omnes cum suis argumentis subdidimus: id maximè in eo spectantes, ut hoc ordine quem nos sequuti sumus & probauimus, adolescentibus utriusq; belli historiam, Troiani & Thebani, notam faceremus: ostenderemusq;, quomodo, & quando singula in utroque bello acciderint.

Ex tragœdijs namq; decem prioribus, quibus primum locum tribuimus, discẽtes suo ordine adolescẽtes, causas belli Troiani: quę aduersa etiam pertulerint Grę ci in q Aulide, in ipsa expeditione, cum iam ad Troiam proficiscerentur: quæ passi fuerint ante Troiam, in ipsa decẽnali obsidione: in quæ quoq; mala, uastata & prostrata iam Troia, in ipso reditu inciderint, terra mariq;: & quod fatum eosdẽ quoq; reuersos, domi apud suos exceperit. Deinde etiã, quòd Deus, acerrimus uindex omnis iniquitatis, grauissimis pœnis afficiat libidines, raptus, & quascunque nuptias prohibitas, & Deo improbatas:

q Dictys Cretensis 1. libro historiæ belli Troiani, Euripides quoq; in Iphigenia.

probatas:

probatas: quemadmodum propter Paridem, qui principi Græco Menelao, suo hospiti, uxorem rapuerat, Troia, urbs illa florentissima, celeberrima & munitissima, [r] ideoq; ab ipsis dijs Apolline & Neptuno extructa, ut fabulantur Poetæ, post decennale bellum uastata, & ante faciem omnium ciuium prostrata, & in cineres cõuersa est. Pertulerunt in eo bello multa tristia Troiani, tum præcipuè senex Priamus cum uxore Hecuba. In [s] horum conspectu (ut alia mala taceam, quæ multa & ingentia fuerunt) in campo, spectantibus id ex muro Troiano parentibus, Polydorus, filius minor natu, ideoq; ipsis dilectissimus, lapidibus à Græcis oppressus est: [t] Hector quoq; natu maximus, crudeliter ab Achille interfectus, ipsis parentibus è muro Troiano eiu lantibus, & miserrimè se habentibus: perforatisq; pedibus, alligatus currui Achillis, per campum raptus, & miserè defœdatus, ad naues pertractus, multisq; ludibrijs à Græcis & uulneribus affectus est: ipse [u] columen, gloriatio, episcopus, & spes unica Troianorum, ut cum Homero loquar. Ideoq; [x] eo necato, tantus per totam Troiam luctus atq; clamor est editus, ut aues etiam consternatæ uocibus, ex alto deciderint. Deinde capta iam Troia, [y] præcipitato de turri altissima, de communi consilio Græcorum, Astyanacte Hectoris filiolo & necatis crudeliter multis alijs Priami liberis: [z] stuprata quoque filia Cassandra, pudicissima & sapientissima uirgine ac uate, ab Aiace Oileo, in templo Mineruæ, quemadmodum ipsa sibi iam antè id prædixerat: ipse [a] quoq; senex Priamus confectus multis ingentibus calamitatib. suorum, à Neoptolemo Achillis filio ad aram ([b] quò aliàs confugientibus parci solebat) miserè occisus est. Ipsa deinde Hecuba, paulo antè regina Phrygiæ florentissima & potentissima, à Græcis in seruitutē abducta est, cum filia Polyxena, quam unicam adhuc de tot liberis superstitem, & malorum suorum leuamen solam habebat.

r Ea fabula extat apud Homerum, Euripidem & Virgilium.

s Dictys Cretensis lib. 1. quãuis uarient ab eo alij autores, Euripides & Virgilius, qui Polydorum à Polymestore rege Thraciæ interfectum scribũt.

t Dictys Cretẽsis lib. 3. Homerus 22. Iliados.

u Iliad. 22. itẽ 24, & Pindarus 2. hymno Olympiorum.

x Dictys lib. 3.

y Idẽ lib. 5. Euripides in Troadibus, & Qu. Calaber libro 13. παραλειπομένων Homeri.

z Dictys lib. 5. Homerus 4. Odyss. Lycophrõ in Cassandra, ubi Cassandra cũ hæc, tũ alia mala raptum Paridis sequutura prædicit. Virgilius 1. Æneidos.

a Dictys lib. 5. Qu. Calaber libro 13. Virg. 2. Æneid.

b Plutarchus in Parallelis, Herodotus in Euterpe. Apud Pausaniam, Homerum, Hesiodũ, Theognidem, & in Oraculis quoq; multa dicuntur de supplicibus.

bat.[c] Eam paulo pòst Græci ad tumulum Achillis, in Thraciæ Chersoneso immolant, præstantissimum Græcorum hoc sacrificio honoraturi.[d] Itaque cum Hecuba seruitutis impatiens esset, uicta & expugnata magnitudine & multitudine ingentium malorum, & Græcos conuicijs incesseret, ab ijsdem lapidibus oppressa est. Hic fuit exitus & fructus, quem Græcæ mulieris Helenæ raptus Troianis attulit.

Sic etiam ex cæteris tragœdijs discent adolescentes, uel alia, uel etiam similia: quæ omnia hic monere & recensere longum esset. Singulæ namque tragœdiæ ea proponunt & monent, ut ea considerata, facilè sint effectura, ut adolescentes honestis gaudeant, turpibus uerò angantur, & iniussi ultrò quæ recta sunt faciant, quemadmodum est apud [e] Plutarchum, de pædagogo illo Laconico, qui cum uellet significare, in qua re præcipuè consisteret studiorum & bonæ institutionis utilitas: dixit se effecturũ, ὥστε τὸν παῖδα τοῖς καλοῖς ἥδεσθαι, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς αἰσχροῖς. Et [f] alius quidam ueterum philosophorum rogatus, quid fructus ex studijs perciperet: respondit, τὸ αὐτεπιτάκτως ποιεῖν, ἅ τινες ἄλλοι διὰ τὸν ἐκ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν: ut iniussus faceret, quæ alij metu legum faciunt.

Vobis autem, clarissimi uiri, doctissimi & sapientissimi Consules & Senatores, & uestræ Scholæ, hunc meũ laborem inscribere uolui: quòd putarẽ uos optimos huius meæ lucubrationis censores & iudices futuros: cùm plerique uestrûm non tantum præstetis uirtute & sapientia, sed etiam eruditione præclara, & linguarum cognitione haud uulgari sitis ornati. Habet enim uestra Respublica præstantissimum uirum NICOLAVM CLAVSIVM Consulem, uirum Græcè & Latinè doctissimũ, uirtute & prudentia præstantem: & qui in Italia olim, Romæ & alibi, doctissimos linguarũ atque artium professores iuriumque Interpretes, magno studio audiuit, & plurimarum, optimarumque rerum cognitione se instruxit, euolutis & perlectis diligenter optimis quibusque utriusque linguæ autoribus: unde & hodie adhuc sapientissima consilia depromit, quibus cùm reipublicæ

[c] Qu. Calaber lib. 14. & Euripides in Hecuba.

[d] Dictys lib. 5. & 6. Qu. Calaber 14. cui in canem mutatur, quòd lapidib. oppressa perierit, quemadmodum etiam Euripides cum Lycophrone meminerunt.

[e] In libello περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς. de morali uirtute.

[f] Maximus Tyrius oratione περὶ φιλοσοφίας.

uestræ laudatiſsimæ, tum quoq; alijs ſapientiſsimè & re-
ctiſsimè conſulere ſolet, ciuitatis uestræ ornamentum
eximium. Habet præterea etiam doctiſsimum uirum
IACOBVM CHIES. Conſulem ſapientiſsimum, præ-
clarũq;, inſignem & liberalem (ut perhibent) Muſarum
bonorum deniq; omnium, præcipuè uerò pauperum
ſtudioſorum & exulum, hoſpitem atq; patronum. O-
ptimum etiam uirum, magiſtrũ TILLENBERGIVM,
ſimiliter Conſulem: & aliquot alios, in quorum laudib.
commemorãdis nolo eſſe occupatior, cum ſibi ipſi pro-
prijs ſuis uirtutibus propria canant encomia, & uicinis
notiſsimi ſint omnibus: ita ut longior recitatio hoc lo-
co prorſus uideatur eſſe ſuperuacua. Præterea explo-
ratus etiã ſatis mihi erat ueſter erga Neandrũ animus,
ita ut de amica ueſtra uoluntate planè nihil mihi in du-
bium uenire poſſet. Quare hac dedicatione ueſtræ
reipublicę gratulari primò uolui præſtãtes & ſapientes
Conſules & dominos, quorum ſapientiſsimis conſilijs
ſuauiſsimè & utiliter fruitur & regitur. Deinde etiã uo-
lui uobis de mea uoluntate & animo hiſce teſtatũ face-
re, ac publico ſcripto omnibus uobis declarare, quòd
cùm ueſtras præſtantias, tum quoq; beneuolã ueſtram
uoluntatem, quam mihi cùm per literas, tum internun-
cios declaraſtis, maximi facerẽ. Accipite ergo nunc,
clariſsimi uiri, ſapientiſsimi Conſules & Senatores, EV
RIPIDEM, Tragicorum τραγικώτατον, uatem μουσικώτα-
τον, & poetam ſapientiſsimum ac θαυμασιώτατον, æter-
num meæ erga uos obſeruantiæ ac gratitudinis μνημόσυ-
νον: ac me uobis commendatum, quemadmodum ha-
ctenus, ita quoq; porrò ſemper habetote. Va-
lete, ampliſsimi Domini: 1. Septembris,
Anni M. D. LIX.

V. Præſtant.
addictiſs.
Michael Neander
Sorauienſis.

CLARISSIMO VIRO, VIRTVTE, *artium atq; linguarum cognitione præstanti,* D. NICOLAO CLAVSIO, *Consuli Franckenhusano sapientissimo,* MICHAEL NEANDER SORA- *uiensis εὖ πράττειν.*

Ῥᾳδίως μὲν οἶμαι, ὦ ἄνερ πολλῇ δόξῃ τε καὶ τιμῇ ἅμα καὶ ἐπιστήμῃ εἰς πλάτος κεκοσμημένε, σὲ ὑμῶν βουλευτὰς μέγα σοφωτάτους, τὴν ἐμοῦ προαίρεσιν ἀποδέξεσθαι· ὅτι δὴ ταῦτα ταύτην τὴν βίβλον, ἣν τῆς νεότητος κοινωφελείας ἕνεκα κοινὴν ποιῆσαι ἠθέλησα, τῷ σῷ αὐτῶν ὀνόματι ἐπεφήμισα. Καὶ μάλιστα αὐτὴν εὐπρόσδεκτον ἔσεσθαι αὐτοῖς ἐνόμισα, ὅτι οἱ πλεῖστοι τῶν βουλευτῶν οὐ μόνον πολλῇ ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ ὑπερέχουσι καὶ διαφέρουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὰς τέχνας τὰς σεμνοτέρας καὶ τὰ καλὰ γράμματα καλῶς πεπαιδευμένοι τυγχάνουσιν ὄντες. σὲ δέ, ὅτι τῶν ἄλλων πολλῇ ἐπιστήμῃ προέχεις, καὶ τοὺς ἄλλους τοῖς λόγοις ὑπερβάλλεις, πολλοῖς ἀρετῶν συμπασῶν εἴδεσιν κοσμούμενος, ὥστε τοῖς ἄλλοις ἤδη μὲν οὐδεμίαν τοιούτων λελοιπὼς δοκῇς ὑπερβολήν, οὐ διὰ μακροτέρων λόγων ἐγκωμιάζειν ἀνάγκη. καὶ τί δεῖ καθ᾽ ἓν ἕκαστον λέγοντα διατρίβειν; σὺ γὰρ ἐπίγνωστον πᾶσι τοῖς ὑμῶν πολίταις. οἴδασι καὶ πάντες οἱ περὶ τὴν τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν μουσῶν διατριβὴν ὄντες, καὶ τὸ σοῦ φιλομαθές, καὶ πρὸς τὰ καλὰ γράμματα εὔνοιαν· παρὰ πᾶσι τοῖς βελτίστοις δῆλον· διότι καὶ σὲ μάλιστα διὰ ἀγάπης τε καὶ αἰδοῦς ἔχουσιν. Καὶ ἔγωγε τὸ τῆς ἐπιστήμης τῆς σῆς καλλώπισμα ἐντεῦθεν ἔγνωκα καὶ διενόησα, ὅτι πολλάκις πρὸς ἐμὲ γράμματα πολλῆς σεμνότητος καὶ φιλανθρωπίας μεστά, καὶ ἐλλογιμωτάτως γεγραμμένα ἀπέστειλας. Σπάνιον μὲν κῦδος ὢν τυγχάνεις τῆς πολιτείας τῆς ὑμετέρας, ὅτι πολλοὶ κόσμοι δέδονταί σοι, μεγάλῃ τῶν γλωττῶν τε καὶ τεχνῶν ἐπιγνώσει διαφέροντι, τῇ δὲ ἀρετῇ ἐξοχωτάτῃ περιβλέπτῳ γενομένῳ, ὃς τῇ σοφίᾳ τοὺς ξύμπαντας ὠφελεῖς, καὶ μάλιστα τῷ χολαστηρίῳ χρησιμώτατος καὶ πανωφέλιμος ὢν τυγχάνεις. ὅτι οὖν πολλῇ διδαχῇ καὶ παντοίων πραγμάτων ἐπιγνώσει προέχεις πολλῶν ἄλλων, καὶ αὐτῶν διαβοητῶν ἐπ᾽ ἀρετῇ, οὐ μὴ ἀγνοῶ ὅτι καὶ σὺ ταῦτα διανοεῖς· καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν τεχνῶν τε καὶ γλωττῶν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ ἅμα μὲν ἀναγκαιότατα, ἅμα δὲ ὠφελιμώτατα εἶναι νομίζεις. καλὸν ἔργον ἐπιχειρεῖν προκρίνας ἅπαντας τοὺς πᾶσαν σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν ποιοῦντας, ἕνεκα τοῦ τὰς τέχνας τε καὶ γλώττας διδάσκειν· ἐπὶ τοῦτο θ᾽ ὁρμήσαν-

τας, καὶ περὶ τούτου μάλιστα ἐσπουδακότας, ὥστε αὐτὰς παμπλεί-
στοις γνωριμωτέρας καὶ κοινοτέρας ποιεῖσθαι. πέπεισμαι οὖν, καί
σοι τὴν σπουδὴν ἡμετέραν, καὶ ὥσπερ τὸ φιλοπόνημα μου κεχαρισμε-
νώτερον εἶναι, ὅτι εἰς τοῦτο τέλος ἀπεβλέψαμεν, καὶ διὰ τοῦτο μό-
νον διεπράξαμεν καὶ ἐξεπονήσαμεν, ὥστε ἅμα μὲν τὰ τῆς νεότητος
ἐπιτηδεύματα ὠφεληθῆναι, ἅμα δὲ καταφανῆ καὶ φανερὰν ποιη-
θῆναι τὴν ἡμῶν γνώμην καὶ διάνοιαν περὶ τῶν γραμμάτων τῶν κα-
λῶν, πῶς πρὸς αὐτὰ διατιθέμεθα καὶ ἔχομεν. σπούδαζε οὖν, ἄνερ ὦ
πολυφορτάτε, ὥστε ὁ Νέανδρος κατανοεῖ καὶ κατεῖδε, ὥσπερ τὸ πα-
ρὸν βιβλίον τοῖς μὲν σοῦ κυρίοις εὐπρόσδεκτον, σοὶ δὲ μάλιστα χαρίεν
καὶ ἀρεστὸν εἶναι, ἵνα προτρεφθεὶς καὶ ἐπαρθεὶς παρ᾽ ὑμῖν, καὶ τὰ ἄλλα, ἃ
διαχειρίζει καὶ ἐπεξεργάζεσθαι προύθηκεν ὑπὲρ τῶν νέων καὶ φιλο-
μαθούντων κοινωφελείας, ἐπιτελῶν φθαίνη, μηδενὶ φειδόμενος πό-
νῳ καὶ δαπάναις, ὥστε καὶ περὶ αὐτοῦ πάντας τοὺς ἀγαθοὺς λέγειν,
τοῖς πᾶσι χρήσιμα εἶπον. μεγάλα οὖν χάρις αὐτῷ. Ἀμήν.
Ἔρρωσό μοι ἐπὶ μήκιστον ἀεὶ κάλλιστον διακείμενος, ἄνερ λαμπρό-
τατε, καὶ παντοίαις ἀρεταῖς καλλυνόμενε, καὶ τὸν Νέαν-
δρον σου καθάπερ μέχρι τούτου φιλῶν μή-
ποτε ἀπαγορεύε.

PRVDENTISSIMO VIRO, DOCTRINA ET uirtute præstanti, D. IACOBO CHIES, Consuli Franckenhusano sapientissimo, Michael Neander Sorauiensis S. D.

Saepe tuas nobis mittis uir magne salutes,
Nec nostrum sine te transit amicus iter.
Publica res quamuis nimia te mole fatiget,
Ac populi, ingenio, turba regenda tuo:
Quod tibi doctrinæ dedit & uirtutis honores
Consulis, ut docti munia clara geras.
Abs te nemo tamen nostras uenit hospes ad ædes,
Quin referat mentis nuncia uerba tuæ.
Nec solum mittis, petis at simul ipse salutem,
Vt tibi de nobis littera nostra ferat.
Quæ sit tarda licet, non est ingrata futura:
Sed quò lenta magis, hoc tibi grata magis.
Nam quòd rara mihi mittatur epistola amicis,
Impedit officij cura molesta mei.

Non

Non equidem nobis scribendi prompta uoluntas
  Defuit, hæc quamuis sæpe moretur opus.
Defuit at potius scribendi occasio nobis,
  Et res, quam ferret litera nostra tibi.
Sed uir docte, tua qui percutis æthera fama,
  Et docto & Latio qui potes ore loqui:
Iam quia compellat uestrum mea Musa Senatum,
  Cuius præclarum nomen in orbe uolat:
Cui quoq; præsentem studiosa mente libellum
  Dedico, & ingenuæ, quam fouet ipse, Scholæ:
Noluit hunc equidem dominis offerre, salutem
  Priuatam ferret quin simul ipsa tibi:
Vt mihi, quas dulces misisti sæpe salutes,
  Scires his unquam gratius esse nihil.
Et quòd te faciam, reliquos quoq; pluris amicos,
  Istorum ut nunquam non meminisse queam:
Et quòd amicitiæ nomen uenerabile semper,
  Infixum maneat sensibus usq; meis.
Non equidem dubito quin comprobet ista Senatus,
  Ac æqua capiat munera, mente, mea:
Vel quia materies non futulis est, nec inanis:
  Vel quia erit multis utilis iste labor.
Attamen ô uir magne, tuæ decus ac honor urbis,
  Quiq; es Castalij prima lucerna chori:
Tu quia doctrina polles, uirtute, animoq;,
  Ac grauitate simul candidiore uales:
Te precor, ut uestro hæc commendes scripta Senatu:
  Et quacunq; queas arte iuuare, iuues:
Ne mea frustretur me spes, nec opinio fallat,
  Ac mihi pro certis irrita uota cadant.
Deuinctum uobis hac me ratione fatebor,
  Vt meus in cœpto puluere pergat equus.
Viue ualeq; diu fœlix, doctissime Consul,
  Magne uir, ac urbis præsul honorq; tuæ.
Te patris æterni conseruet gratia gnati.
  Consilijs actus dirigat ipse tuos.
Vt prosis studijs, quæ uulgus spernit iniquum,
  Officijsq; bonos quosq; iuuare queas.

ΝΙΚΟΛΑΟΣ Ὁ ΓΑΛΛΩΤΟΣ

πρὸς τὸν ἐντευξόμενον.

Εἴ μοι θέμις τόδε γράμμα δικαζέμεν,
Κἀκ τῶν ἐμῶν φρονήσεων πίστιν λαβεῖν,
Πρῶτόν γ' ἔπος πάσης ἕξει παιδεύσεως.
Ἐν παντὶ γὰρ λόγου γένει, μέγιστον τὸ,
Ὅσ' ἂν τις ἔχει γράμμα τι καλοῦ καὶ χρησίμου
Τῷδε βίῳ, δεῖξαι, καὶ ταῦθ' ὡς βραχύτατα.
Δεῖ δὴ τὸν οὕτως οἷ σκοπὸν τιθέμενον
Ἀξιόλογόν τι λέγειν, καὶ σπουδῆς αἰνέσαι.

VITA EVRIPIDIS: EX LILII GYRALdi Dialogo VII *Hiſtoriæ poetarum deſumpta.*

NVNC ad Euripidis uitam ueniamus: cuius nomen ſcribit Priſcianus grammaticus, quòd ſit ab Euripo deductum. Sunt et, qui eo die natum aſſerant, quo in [a] Euripo pugnatum eſt: atq; idcirco ſecunda eius nominis ſyllaba ab Ione poeta & alijs doctis producitur. Terentianus:

Euripides unde nominatus.

a Vbi ſcilicet Xerxen Perſarum regē Græcia nobili prælio uicit.

Fabula ſic Euripidis *inclyta monſtrat* Oreſtes.

Latinorum tamen quidam corripiunt. Sed enim Sidonius Apollinaris, eius tertiam, præter normā extendiſse uidetur cum ita cecinit:

Orcheſtram quatit alter Euripidis. ——

Verùm hæc, quæ in ſcholis quotidie à triuialibus proponuntur, mittamus: niſi quatenus Pico huic noſtro profutura duxerimus.

Hiſtoriam nos igitur proſequamur. Euripidi, quem poetarum τραγικώτατον uocat in Poetica Ariſtoteles, pater fuit Mneſarchus, ſeu Mneſarchides Capelus, id eſt, caupo: mater uerò Clito, quam Theopompus & Ariſtophanes & Valerius agreſtia olera uenditaſſe ſcribunt, atque inde uictū ſibi quæſiſſe: quod genus hominum λαχανοπώλας Græci uocant. Quidam & σκανδικοπώλην nuncupant, quòd Clito ipſa inter cætera olera & ſcandicem uenderet. meminit Plinius. unde & uerbum compoſitum Græcis [b] διασκανδικίζειν, quod ſignificat, ad Euripidis imitationem aliquid uel dicere, uel facere. Vidētur uerò hi qui Euripidis genus tam humile exiſtimant refelli cùm Philochori ſententia, tum ipſius Euripidis expoſitoris Græci, ac Suidæ. apud hos enim Euripidis parentes ingenuos fuiſſe proditum eſt: eosq; primùm in Bœotiam aufugiſſe, mox Athenis habitaſſe. Stobæus tamen ex Nicolao ſcribit, Euripidis patrem, cum æs alienum ſoluendo non eſſet, corbis ignominiam paſſum eſſe, cùm Bœotius eſſet.

Parentes Euripidis.

b Ariſtoph. in Equitib. μή μοί-γε, μή μοι διασκανδικίσης Vide cap. 37. libri 30. Antiquarū lectionum Cœlij Rhodigini.

Corbis uerò ignominia apud Bœotios ita inſtituta erat, ut cum aliquis æs alienum nō diſſolueret, in forum duceretur, ſedereq; iuberetur: dein ſuper ipſum ſedentem, corbem inijciebant. tum hac notati ignominia, infames cenſebantur.

Corbis ſupplicium ſeu ignominia qualis.

Veruntamen illum ſatis locupletē fuiſſe, ex ijs quæ Theophraſtus & Rhodius Hieronymus, Ariſtotelis diſcipuli, tradunt, facilè colligere poſſumus. eum enim ijs qui Orcheſtæ Athenis nominati ſunt, uinum miniſtraſſe, apud Atheneum prodi-

Euripides locuples.

Orchestæ.

prodiderunt. Saltabant uerò Orchestæ, ferinis uestibus induti, circa Apollinis tẽplum. tametsi & ijsdem hisce uerbis humilitas eius colligi posſit.

Euripides quando natus.

Natus autem fertur Euripides in Salamine, Atticæ insula, Callia principe, primo LXXV Olympiadis anno, ut Laertius: ut alij uerò, LXX, quando Persæ duce Xerxe uicti sunt. Valerius tamen Harpocration non in Salamine, sed in populo tribus Cecropidos, qui Phlyes appellatur, natum Euripidem ait: quo nato, ab Appollinis oraculo, uel (ut ait Gellius) à Chaldæis responsum accepit pater, eum puerum, cum adoleuisset, uictorem in certaminibus fore. Id ei puero fatum esse pater interpretatus, athletã debere esse: in Olympiam certaturum deduxit: ac primo quidem in certamine, per ambiguã ætatem receptus non est: pòst tamen [a] Eleusinio & Theseo certamine pugnauit, & coronatus est: & pancratio etiam uictor fuit.

Responsum Euripidis patri de filio datum.

Euripides uictor coronatur in certaminibus.

[a] Horum certaminum Pindarus aliquoties meminit: quemadmodum in eodem plura cùm de ijs, tũ de multis quoq; alijs diximus.

Mox à corporis cura ad excolendi animi studiũ transgressus, auditor fuit Anaxagoræ Clazomenij physici: atq; unà etiam cum illo uixisse, Dionysius Halicarnasseus in Rhetoricis scribit: idq; præcipuè cognosci asserit ex ipsius poetæ fabula Menalippe sapiente, ubi eius philosophi placita inserit. Meminere huiusce rei Græci scriptores, inter quos Diodorus, Eusebius, alij. Vitruuius uerò de rerũ principijs agens ita propemodũ: Euripides, inquit, auditor Anaxagoræ, quẽ philosophum Athenienses scenicũ appellauerunt, &c. idem Athenæus in quarto, ubi de Phace agit: καὶ ἄλλοις δέ φησιν ὁ σκηνικὸς οὗτος φιλόσοφος.. In Rhetoricis Euripides magistrum habuit Prodicũ Cæum: in morali uerò philosophia, Socratẽ.

præceptores Euripidis.

Quando cœperit scribere tragœdias.

Vbi eas scripserit.

[b] Lib. 15. cap. 20.

Tragœdiã scribere cœpit annos natus duodeuiginti: ut uerò Græci, uigintiquinq;. Scribit Philochorus, in insula Salamine speluncam esse tetram & horridam, quam [b] Gellius se uidisse ait, in qua Euripides tragœdiam scriptitauit.

Euripides primò pictor.

Sed pictorem quoque nonnulli Euripidem primò fuisse prodiderunt, monstrariq; apud Megarenses ipsius poetæ pictas tabellas.

Euripides cum Platone discendi causa in Ægyptum profectus.

Apud Diogenem uerò Laertium legimus, in Aegyptum nauigasse Euripidem cum Platone, ad prophetas & sapientes, & sacerdotes: ubi fortè, cum nescio quo casu ægrotaret, marina est aqua à sacerdotibus pristinæ restitutus ualetudini. unde postea ipse in fabulis, Hominum (inquit) procellosum mala abluit mare: hoc est,

θάλασσα

[a] *θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.*

In cõponendis quidem fabulis à Socrate inuitatum, in Nebulis autor est Aristophanes. Mnesilochus uerò, fabulæ Phryges ligna, hoc est materiam ministrasse Socratem cecinit: quod & suo carmine ipse Euripides non negauit. Scribit Cicero, quòd cum Orestem fabulam componeret, eamque ita exorsus esset,

Neque tam terribilis ulla fandi ratio est,
Neque sors, neque ira cœlitum inuectum malum,
Quod non natura humana patiendo hæc efferat.

Socratem statim aiunt hos tres primos uersus reuocasse, admiratumq; esse. * Philosophus igitur (ut dixi) uulgò Athenis est appellatus: quando & noua de rerum principijs suo carmine placita uel ex se, uel ex magistro induxisse dicitur. Aera enim & terram ex cœlestium imbrium conceptionibus inseminatam, omnium gentium & animalium fœtus procreauisse cecinit.

Vxores uerò duas Euripides habuit: primã quidem Chærinan, Mnesilochi filiam: alteram uerò Melito. ex quarum prima filios tres sustulit, Mnesarchiden mercatorem, Mnesilochum histrionem, & tertium sibi cognominem Euripidem, qui in dicendis orationib. uersatus est. Putat Gellius, [b] ambas Euripidem eodem tẽpore uxores habuisse, quòd id Athenienfium decreto liceret: uti etiam de Socrate legimus. Moschopulus uerò (seu qui alius est, qui Euripidis uitam in scholijs conscripsit) unam post alteram commemorat, & seorsum.

[c] Fuit Euripides moribus asper atque ferus, & (ut Græcè dicitur) *μισογέλως*. Sed & arrogantem & superbum fuisse, Valerius Maximus prodit. Cum enim aliquando fabulam recitaret, à populo rogatus ut sententiam quandam mutaret, in scenam progressus dixit: Se ut populum doceret, non ut ab eo disceret, tragœdias componere solere. [d] Alcestidi quoq; poetæ Tragico obijcenti, quòd triduò tria tantum carmina composuisset, se uerò centum: respondit · Sed hoc interest: tua triduò tantũmodo, mea uerò in omne tempus sufficient. Scribit in Rhetoricis Aristoteles, Euripidem olim impietatis accusatum ab Hygenone, cùm scripsisset peierandum esse: respondisse, Iniuriam sibi ab Hygenone fieri, cùm Dionysiaci certaminis iudicia in forum deferat: seq; ea de re ibi di-

c ctum,

a Extat hic uersus in Iphigenia Aulidense. A' quo primùm incitatus Euripides ad scribẽdum tragœdias.

** Euripides Athenis uulgò philosophus appellatus.*

b Atheniensiũ decreto licebat simul duas uxores habere, quẽadmodum de Socrate polygamo scribit Athenæus: εἰ μὲν ἄρα συγκεχωρημένον κατὰ ψήφισμα τοῦτο ἐγένετο τότε, διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, ὥστε ἐξεῖναι καὶ δύο ἔχειν γυναῖκας τὸν βουλόμενον. ὅθεν καὶ τοὺς τῆς κωμῳδίας ποιητὰς ἀποσιωπῆσαι τοῦτο πολλάκις τοῦ Σωκράτους μνημονεύοντας. *lib. 13. Dipnosophistarum. Vide etiam Laertium in uita Socratis. & meminit pluribus de polygamia regũ Persarum Athenæus, cum Cicerone.*

c Euripides morib. asper, μισογέλως, *arrogans & superbus.* *d In Alcestidem tragicũ scõma. Eras. in Apophtheg.*

Athenis necato Socrate, edicto cautũ, ne publicè Socratis nomẽ enũciaretur.

* Ἐκτάνετ' ἐκτάνετε τὰν πάνσοφον τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μουσᾶν. Diogenes in uita Socratis.

† Iambici duodecim Euripidis de pecuniæ tyrannide, à Seneca celebrati, lib. 31. Epistolarũ.

a Posteriores isti Græcè etiã extant apud Athenæum in Dipnosophistis lib. 4. sed sine autoris nomine, ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς, ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει, οὐ παῖδες ἐν δόμοισιν, οὐ φίλος πατὴρ οἵας σὺ χ' οἱ σὲ δώμασιν κεκτημένοι. εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ, οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν ἔχειν.

Euripides mulierosus.

b Bellephorontes dat pœnas auaritiæ.

ctorum, si accusare uoluerit. Nec illud præteribo: Cum iam Athenienses necis Socratis pœnituisset, quòd iniquè eũ condemnassent: edicto cauerunt, ne publicè Socratis nomen enunciaretur, ne scilicet in populo motus fieret. at Euripides edictum ueritus, Palameden induxit, ut sub eius persona occasionẽ haberet ea uerba exclamandi, * ἐκτάνετε ἐκτάνετε, id est, occidistis Græcorum optimum. quæ uerba, ubi spectatores, quorsum essent dicta, intellexissent, totum theatrum in lachrymas conuerterunt.

Sed nos reliqua de Euripide persequamur. Celebrat quadam ad Lucillium epistola Seneca, duodecim hos Euripidis Iambicos, quos hoc uobis loco recitabo, quòd in peruulgatis Epistolis Senecæ parum emendatè legantur. Senarij hi sunt:

† Sine me uocari pessimum, ut diues uocer.
An diues, omnes quærimus: nemo, an bonus.
Non quare, & unde: quid habeas tantum rogant.
Vbique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, quæris? Nihil.
Aut diues opto uiuere, aut pauper mori.
Bene moritur quicunque, dum lucrum facit.
[a] Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non uoluptas matris, aut blandæ potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens:
Tam dulce, si quid Veneris in uultu micat:
Meritò illa amores cœlitum atque hominum mouet.

Cũ hi nouissimi uersus in tragœdia Euripidis pronunciati essent, totus populus ad eijciendũ & actorẽ & carmen cõsurrexit uno impetu: donec Euripides in mediũ ipse prosiluit, petens ut spectarent, uiderentq;, quẽ admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas [b] Bellerophõtes, quas in sua quisq; dat: nulla enim auaritia sine pœna est, quamuis sit satis ipsa pœnarum. atque hæc quidem Seneca. Alludit uerò Euripides duobus ultimis uersibus, ut puto, ad aureã Venerem, quam uocant Poetæ: qua de re in Deorum [c] cognominibus agendum.

Mulierosum quidem Euripidem fuisse, scribit Athenæus, hoc est φιλογύνην, mulierumq; amatorem immodicum: at uerò osorem, Gellius & Suidas, id est μισογύνην: nisi uel hæc, uel illa exẽplaria mendosa sint, uel potius ut interpretatus est Sophocles.

c Id Gyraldi opus amplum, rarum, eruditum & multiplex, cum inscriptione De dijs gentium, editum est ab Oporino Anno 48. & breui, uolente Deo, recudetur ab eodem, ab ipso autore recognitum & auctum.

phocles. nam cum Sophocli neſcio quis Euripidem mulierum oſoré eſſe dixiſſet, ei reſpondiſſe Sophoclem tradit Hieronymus in hiſtoricis commentarijs:[a] In tragœdijs (inquit) odit, quoniam in lecto uxores noſtræ non tales ſunt mulieres. quaſi id innuat, quòd in fabulis odiſſe uideatur mulieres Euripides, ſed in lecto minimè. Quid eſt, inquit Piſo, quòd uno dixiſti ſpiritu, & uno propè uerbo, Euripidé fuiſſe mulierum oſorem, & amatorem? Non inficior, inquam, Piſo: ſed ita uos intelligite, uti Sophoclem modò reſpõdiſſe dicebam: uel potius, ut alij putant, quòd hoc iuueni, illud ſeni ei contigerit. Nam cum Gellius mulieres Euripidem odiſſe ait, cauſam non affert, quam hic ego uobis ex Græcis ſcriptoribus afferam. Aiunt enim illi, cum hiſtrionem ſuum aliquando una cum uxore ſua miſceri reperiſſet, ea cauſa mulierum genus exoſum habuiſſe: atque in Macedoniam fugiſſe, Comicorum ueritum calumnias: fuiſſe uerò ab Archelao rege benignè ſuſceptum, & inter amicos intimos annumeratum: ita ut Euripidis cauſa regem ipſum interfectum, in quinto Politicorum ſcribat Ariſtoteles, à Decamicho, qui regis iuſſu ab Euripide uapularat. quidam Decanicum, alij (inter quos Ariſtoteles) Decamnichum uocant: & ex ijs unum aiunt fuiſſe, qui in aula regis uerſaretur: qui cum aliquando Euripidi ϛόματος δυσωδίαν, hoc eſt oris graueolentiam [b] obieciſſet, à rege Euripidi propterea conceſſum, ut eum impunè uerberaret: quod poſtea & regiæ necis, & poetæ, cauſa fuit.

a μισογυνὴς ἐϛὶν Εὐριπίδης ἔν γε ταῖς τραγῳδίαις, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῇ κλίνῃ. Athenæus lib. 13. Dipnoſophiſt.

Euripides cur mulierum oſor.

Archelaus propter Euripidem interfectus.

b Ei obijcienti ſibi oris graueolentiam, cum taxare uellet eius garrulitatẽ, fertur reſpõdiſſe Euripides: ὅτι πολλὰ ἐν αὐτῷ ἀπόρρητα ἐγκατεσάπη, quòd multa arcana in eo (ore ſuo) computruiſſent: referente Stobæo oratione 39. & Eraſmo in Apophthegmatis.

Gratus, inquam, Euripides adeò Archelao fuiſſe perhibetur, ut ei petenti nihil denegaret. Quinimò cum quidam à rege aureum ſcyphum dono petijſſet, Euripidi illum rex dari iuſsit, dicens: Tu enim petere, ipſe uerò capere dignus eſt uel non petens. hoc eſt græcè: σὺ μὲν γὰρ αἰτεῖν, οὗτος δὲ λαμβάνειν ἄξιός ἐϛι, καὶ μὴ αἰτῶν. Item cum Agathonem iam pubeſcentem deoſcularetur Euripides, rex ait: Ne admiremini, pulchrorum enim autumnus etiam bonus eſt. hoc eſt Græcè: μὴ θαυμάσητε, τῶν γὰρ καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐϛι. quod eſt in Plutarchi Apohthegmatis aſcriptum: tametſi idem in Erotico, à poeta dictum, nõ à rege, uidemus. Sed is Plutarchi liber parum caſtigatus legitur. Celebrat Dicæarchus Euripidis uerſus, quibus Archelao regi ita ſcripſit: Non eſſe prudentis hominis, cùm ſit pauper, munera diuiti dare. Scribit Diomedes grammaticus, Euripidem Archelao petenti, ut de ſe tragœdiam ſcriberet, reſpondiſſe: Non ſe facturum, deoſq; precaturum, ne quid regi tragœdiæ propriũ unquam accideret.

Quàm gratus fuerit Euripides Archelao.

Archelao de ſe tragœdiam ſcribi petenti, Euripides negat.

Euripidem tradit Eparchides, cum in Icarium Atticæ locum fortè iuisset, & in agris mulierem inuenisset, quæ cum uirgine puella & duobus filijs, quòd fungos edissent, extincti essent, in hæc fermè uerba Epigramma composuisse:

Epigrãma extat apud Athenæum lib. 2. Dipnosophist. & sic habet: ὦ τὸν ἀγύρευτον πόλον αἰθέρος ἥλιε τέμνων, ἆρ᾽ εἶδες τοῖον ὄμματι πρόσθε πάθος. μητέρα, παρθενικὴν ἢ κόρην, δισσούς τε συναίμους, ἐν ταὐτῷ φέγγει μοιριδίῳ φθιμένους.

O non senescentem axem ætheris sol secans,
Talé ne uidisti antea tuo malum oculo? matrem,
Et uirginem filiam, & consanguineos duos,
Eodem fatali functos die?——

Euripidis interitus.

Sed his missis, iam uaria quæ de eius morte traduntur, attendite: ea quàm potero breuius referam. Mortuum Euripidem ferunt tetro quodam & horribili mortis genere. Cùm enim aliquando ab Archelao cœnatus noctu rediret, quod scribit Valerius, laceratus est à canibus: qui in eum ab Aribœo Macedone, & Crateua Thessalo, uel Cratena, poetis eius æmulis (ut ait Suidas) immissi fuerant. Alij à Decamnicho, de quo paulo antè. Diogenianus tamen, Promeri regij ministri eos canes fuisse scribit: qui Promerus mirandum in modum Euripidem est odio insectatus. ab eo enim regi aliquando insimulatus fuerat. Atque inde factum prouerbium, Promeri canes: de ijs, qui læsi clàm summittunt, qui lædentes ulciscantur.

Promeri canes, prouerbium unde ortum.

Sunt qui canes in Euripidem immissos tradant, cum poeta ad Craterum regis catamitum proficisceretur. alij, cum ad uxorem Nicodemi, seu (ut alij) Nicodici Arethusij: quod mihi parum uerisimile uidetur, cum quintum & septuagesimum annum ageret Euripides: ea etenim ætas minus habiles ac ualidos homines facit ad Veneris illecebras. & propterea alij aliter rem prodidere.

Euripides quomodo à canibus laniatus.

Cum in uico, aiunt, Thracen Macedoniæ canis quidam Archelai aberrasset, Thraces illum canem mactarunt (ita enim mos apud illos erat) & simul uorarunt. quod cum Archelaus persensisset, eos homines talento mulctauit. illi uerò cum soluendo non essent, Euripidem rogarũt, ut apud Regem pro se intercederet: qui eis & ueniam & remissionem impetrauit. pòst uerò cum Euripides per syluas meditando, ut consueuerat interdum, solus incederet, rege uenãte, canes ipsum circumuenientes dilaniarunt, & penè uorarunt. Canes autem illi crediti sunt ex eo esse progeniti, qui fuerat à Thracibus occisus: & inde ex eo factum in eos adagium, qui præter spem eis pœnas pendunt, quos aliquãdo læsere, Canis uindictam eos morari. Hinc, puto, est illud Ouidij poetæ:

Canis uindicta, prouerb.

Vtq; cothurnatum uatem tutela Dianæ,
Dilanient uigilum te quoque turba canum.

Vnde

Vnde etiam Ion poeta:

Teq; sibi ponant prandia grata canes,

si illud rectè reponimus,

καί σε λυκοῤῥαῖσται δεῖπνον ἔθεντο κύνες.

[a] Locum uerò illum in quo à canibus, quos Macedonũ lingua Estericas uel Estreaticas à monte Macedoniæ uocant, discerptus fuit Euripides, Bormiscum appellatum tradit Stephanus: quæ regiuncula est Macedoniæ. At ne quid prætermittã, scribit Græcus interpres Euripidis ipsius, cum poeta apud regem uersaretur, & cogitabundus esset, in quodam nemore contigisse, ut à canibus ipsius Archelai deuoraretur, qui fortè in uenationem prodibat: fuisseq; tum Euripidem septuagenario maiorem. Hæc quidem ille. Porrò alij non à canibus laceratum Euripidem scribunt, sed à [b] mulieribus.

At [c] uerò sepulchrum & memoriam Euripidis eo Macedones dignati sunt honore, ut in gloriæ quoq; loco prædicarẽt,

οὔποτε σὸν μνῆμα Εὐριπίδης ὄλοιτό που.

hoc est, ut Gaza transtulit,

Nulla ætate tua Euripides monumenta peribunt.

Positum est autem eius sepulchrũ, autoribus Plinio & Vitruuio, inter duos confluentes riuos: alterũ saluberrimi quidem potus, alterum uerò mortiferi. Sed cur nõ Plutarchi uerba uobis recitem? qui de sepulchro Euripidis ita propemodum scribit: Dicitur autem, inquit, Lycurgi sepulchrum fulmine ictum fuisse: id uerò non facilè alteri cuiquam ex illustribus, præterquàm Euripidi, accidisse, & mortuo, & condito in Macedonia secus Arethusam. itaque argumentũ ac testimonium magnum est, ijs qui sunt Euripidis studiosi, illi soli post mortem cõtigisse, quæ prius dijs immortalibus dilectißimo pijssimoq; Lycurgo contigisse legimus. Atq; hæc quidem Plutarchus in Lycurgo.

[d] Sophoclem quoq;, proditum est, Euripidis morte ita consternatum, ut atrata & pulla tunica se induerit, ac sine corona suas tragœdias ab histrionibus actitari uoluerit. [e] Philemon insuper comicus eius mortem carmine defleuit. Extat [f] & Alexandri Ætoli de Euripide carmen, apud Gellium.

Perijsse uerò traditur nonagesimatertia Olympiade, annos natus septuaginta quinque. Athenienses quidem, eo mortuo, in Macedoniam legatos petitum miserunt eius ossa: quibus cum negata fuissent, inanem nihilominus tumulum, id

 est, Ce-

a Vbi & in quo loco Euripides à canibus discerptus perierit.

b Euripides discerptus à mulierib. Extat comœdia Aristophanis θεσμοφοριάζουσαι, ubi Euripides in festo Cereris à mulierib. capitis accusatur: in carcerem quoq; conijcitur, unde tamen non multo pòst dolis & fallacijs quorũdam aufugit.

c Sepulchrum et Epithaphiũ Euripidis.

Plutarchus de sepulchro Euripidis.

d Sophocles quomodo luxerit mortem Euripidis.

e Sunt autẽ uersus isti: εἰ ταῖς ἀληθείαισιν οἱ τεθνηκότες αἴσθησιν εἶχον, ἄνδρες, ὥς φασίν τινες, ἀπηγξάμην ἂν ὥστ' ἰδεῖν Εὐριπίδην, οὕτως ὁ γοῦν τὸ πολλοῦ τινὸς ἄξιον. *Referuntur à Thoma Magistro.*

f Est autem id tale. ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου στρυφνὸς μὲν ἔμοιγ' ἔοικε προσειπεῖν, καὶ μισογέλως καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκὼς, ἀλλ' ὅτι γράψαι τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ σειρήνων ἐτετεύχει. Gell. lib. 15. cap. 2.

est, Cenotaphium struxerunt, in quo inscriptio talis à Thucydide, uel (ut alij) à Theophilo poeta posita traditur:

Inscriptio Cenotaphij Euripidis, ab Atheniẽsibus facti.

μνῆμα μὲν ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου. ὀστέα δ' ἴσχει
γῆ μακεδὼν, ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
πατρὶς δ' ἑλλάδος ἑλλὰς ἀθῆναι, πλεῖστα δὲ μούσας
Τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

quod ferè sic Latinè sonat:

Est monumentum Græcia tota Euripidis, ossa
Terra tegit Macedon, hic ubi fata tulit.
Patria Græcia Græciæ Athenæ, plurima Musas
Delectans, ex multis hoc quoq; laudis habet.

Euripidis tamen ossa in ciuitatem Pellam delata accepimus, & ibi honestè condita. Strabo, in Argiuorum foro sepulchrum Euripidis ait fuisse, appellatumq; Plinthum.

Tragœdiæ Euripidis duæ & nonaginta.

Fabulæ uerò Euripidis duæ & nonaginta fuisse feruntur, inter quas octo Satyricæ: in ijs quindecies tantum uicit. At uerò M. Varro eius fabulas quinq; & septuaginta commemorat, & quinquies tantum (iudicum iniuria) uicisse ait. Sunt qui quater dicant: item semel post mortem, eius docente nepote, qui & ei fuit cognominis.

Fuit etiam Euripides primus, qui fabularum principijs argumenta inseruit. Eundem præter tragœdias lusisse gryphis, atq; ijs in primis qui per literarũ circũscriptionẽ fiunt, annotauimus in eo, quem ad te Pice dedimus, Ænigmatũ libello: quo genere & Sophoclem usum, Athenæus scriptũ reliquit.

Eũ libellũ in 8. edidit Oporinus.

Authoritas Euripidis quanta fuerit etiã apud exteros.

Quantæ autem authoritatis fuerit Euripides, etsi ex ijs quæ superius commemoraui abundè uobis ostensum puto: multo tamen, si quæ à Plutarcho referuntur attulero, locupletius id uobis testimonium fuerit. Nam cùm cladem descripsisset Atheniensibus illatam à Syracusanis, Gylippo duce: & Niciæ atque Demosthenis imperatorum necem, captiuorumq; seruitia, subiungit: Multi ob Euripidem poetam saluati sunt. eius enim poetæ uersus præ cæteris Siculi admirabantur: & si quos à captiuis habere poterant, perdiscebant: unde captiuorum multi liberati, Athenas reuertentes, Euripidem adhuc uiuentem salutatum ibant, asserentes se eius uersibus esse seruatos. Alij quidam, cùm illius uersus dominos suos discentes docuissent, ab eis præmij loco manumissionem acceperunt. Plurimi post prælium per ciuitates dispersi ac uagi, uictum sibi horum uersuum recitatione comparabant. Mirum est, inquit Piso, quod narras: neque enim unquam aliquid tale ullo de poeta, eo præcipuè uiuente, uel legi,

legi, uel audiui. Ita eſt, inquam, profectò Piſo. Verùm & noſter quoque M. Cicero tanti Euripidem feciſſe uidetur, ut ad Tironem ſcribens dicat, * ſingula ſe Euripidis uerba ſingulas ſententias exiſtimare, citans eius hoc carmen Senarium,

Quanti fecerit Euripidem Cicero.

** Euripidem quanti tu facias neſcio: ego certè ſingulos eius uerſus ſingula teſtimonia puto. lib. 16. Epiſt. familiarium.*

Frigus quàm tenui corpori contrarium: hoc eſt,

ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον.

Sed & tu iamdudum Quintiliani de duob. his poetis uerba recita: quando ego ſententiam, non uerba teneo. Libenter, inquit Piſo, faciam. & ad Picum conuerſus: De Tragicis, ait, loquens Fabius, Sed longè clarius (inquit) illuſtrauerunt hoc opus Sophocles atque Euripides: quorum in diſpari dicendi uia uter ſit poeta melior, inter plurimos quæritur: idq; ego ſanè, quoniam ad præſentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur neceſſe eſt, ijs qui ſe ad agendum comparant, utiliorem longè Euripidem fore: namque is ſermone (quo ipſum reprehendunt, quibus grauitas & cothurnus & ſonus Sophoclis uidetur eſſe ſublimior) magis accedit oratorio generi, & ſententijs denſus: & in ijs quæ à ſapientibus tradita ſunt, penè ipſis par: & in dicendo atque reſpondendo cuilibet eorum qui fuerunt in foro diſerti comparandus: in affectibus uerò, cùm omnibus mirus, tum in ijs quæ miſeratione conſtant, facilè præcipuus. Hunc & admiratus maximè, ut ſæpe teſtatur, & eum ſecutus, quanquam in opere diuerſo, Menander. atque hæc quidem Fabij uerba. Cui ego: Iſta tu quidem memoriter Piſo. at non ſic ego, quæ nunc uobis ex Galeno Pergameno, cum de caſtigatis Hippocratis exemplaribus agit, recitabo. Cùm enim, inquit, Ptolemæus ab Athenienſibus petijſſet Sophoclis & Euripidis autographa exemplaria, ad eorum emendationem quæ in Alexandrina bibliotheca ille poſiturus eſſet, ijque negaſſent: cumque mox hi frumento indigerent, propter Atticæ eius temporis penuriam: Ptolemæus ex Aegypto frumentum eos exportare prohibuit, quouſque illi penuria compulſi, illa ipſa exemplaria regi dono miſere: quibus acceptis, non modò gratus rex, ut frumenta ex Aegypto exportarent conceſsit, ſed ſine etiam uectigali. tanti ſcilicet rex literarum ſtudioſiſsimus, caſta & emendata exemplaria faciebat. Quam rem eo uobis libentius retuli, ut uos etiam ad codices emendatos & caſtigatos omni ſtudio ac diligentia comparandos inflammarem, ſi Galenus, tantus medicus, hoc exemplo id faciendum monet.

Quintiliani de de Euripide teſtimonium.

Ptolemæus rex Aegypti quanti fecerit Euripidem & Sophoclem.

Sed cur & ego, ubi in hæc incidimus, quæ ex alijs collegi ad hanc rem pertinentia, uobis hoc loco non subijciam? Aratum poetam ferunt, quo pacto emendata Homeri carmina esset habiturus, ex Timone philosopho quæsiuisse? Arato Timonem respondisse: Id illum consecuturum, si in antiqua exemplaria incidisset: non quæ fuissent à recentioribus inuersa, interpolata ue. quo pacto hac tempestate à plerisque fieri conspicimus. Nostri quidem, hac in re diligentissimum fuisse Valerium Probum tradunt, ut qui ex uetustis codicibus ueram germanamq; lectionem scriptorum eliceret. idem cùm in cæteros scriptores, tum in Plautum in primis, Varro præstitit. Laudantur & in Græcis, præter Aristarchum & Aristophanem, Appion: & is Nicanor, qui à frequenti, qua in autores uitiatos utebatur signi nota, Stigmatias cognominatus est. Sunt & qui hodie in Vergilio & M. Tullio hoc studij & diligentiæ magna cum sua laude exhibent: qui cùm moribus, tum hoc nomine mihi charissimi sunt. Hactenus Gyraldus.

Arati quæstio, quomodo emendata Homeri carmina haberi poßint.

Valerius Prob.

Plautus, Aristarchus, Aristophanes, Appion.

Nicanor Stigmatias cognominatus.

CATALOGVS TRAGOEDIARVM Euripidis XIX, quæ adhuc supersunt de tragœdijs ipsius XCII deperditis, & ex quibus præsens Aristologia confecta est.

1 *Hecuba.*
2 *Helena.*
3 *Iphigenia.*
4 *Troades.*
5 *Andromache.*
6 *Orestes.*
7 *Electra.*
8 *Iphigenia in Tauris.*
9 *Rhesus.*
10 *Cyclops.*
11 *Phœnissæ.*
12 *Supplices.*
13 *Medea.*
14 *Hippolytus.*
15 *Bacchæ.*
16 *Hercules furens.*
17 *Heraclidæ.*
18 *Alcestis.*
19 *Ion.*

*

DE VSV TRAGOEDIARVM, TIMOCLIS COMICI APVD ATHENAEVM LIbro 6. Dipnosophistarũ, & apud Stobæum in παρηγορικοῖς.

ΩΤΑΝ ἄκουσον, ἤν τι σοι δοκῶ λέγειν.
ἄνθρωπός ἐστι ζῷον ἐπίπονον φύσει,
καὶ πολλὰ λυπηρ' ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει.
παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρατο
ταύτας· ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἰδίων λήθην λαβὼν,
πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει,
μεθ' ἡδονῆς ἀπῆλθε παιδευθεὶς ἅμα.
τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον εἰ βούλει σκόπει,
ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὢν μὲν γὰρ πένης,
πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
γενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.
ὁ νοσῶν τι μανικὸν, Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο.
ὀφθαλμιᾷ τις, ἴσιφον ἴδεν τυφλόν.
τέθνηκέ τῳ παῖς, ἡ Νιόβη κεκούφικε.
χωλός τίς ἐστι, τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ.
γέρων τις ἀτυχεῖ, κατέμαθεν τὸν Οἰνέα.
ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον' ἢ πέπονθέ τις
ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος,
τὰς αὐτὸς αὐτοῦ συμφορὰς ἧττον στένει.

Id est:

Amice, quæ dicturus ipse sim, cape.
Natura homo laboriosus est ubi,
Viuensq; multa fert profectò tristia,
Solamen inuenit mali tragœdiam.
Obliuione mens suarum percita,
Correpta aliorumq; inde paßionibus,
Cum gaudio ac instructa discedit simul.
Quantum iuuent hi protinus considera
Omnes tragœdi. Pauper est hic, Telephum
Mendiciorem nouit ut factum, tulit
Sortem suam melius. at ægritudine
Furoris actus, nouit hic Alcmæonem.
Oculus dolet, cæcos uidet Siphinidas.
Defunctus est cui filius, Niobe statim

Solatur

Solatur hunc. si claudus es, Philoctetem
Vides. Senex miser, uidebis Oeneum.
Maiora demum, quàm quis passus est, mala
Cum cæteris iniuncta spectet: ipse fert,
Quæcunque sors huic attulit non dulcia.

DE ARGVMENTO TRAGOEDIARVM ex Dione Chrysostomo, Oratione 13, quæ inscribitur De fuga.

καί τοι τραγῳδοὺς ἑκάστοτε ὁρᾶτε τοῖς διονυσίοις, καὶ ἐλεεῖτε τὰ ἀτυχήματα τῶν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἀνθρώπων, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδέποτε ἐνεθυμήθητε, ὅτι οὐ περὶ τοὺς ἀγραμμάτους, οὐδὲ περὶ τοὺς ἀπάδοντας, οὐδὲ τοὺς οὐκ εἰδότας παλαίειν γίνεται τὰ κακὰ ταῦτα. οὐδὲ ὅτι πένης τίς ἐστιν, οὐδεὶς ἕνεκα τούτου τραγῳδίαν ἐδίδαξεν. τοὐναντίον γὰρ περὶ τοὺς ἀτρέας καὶ τοὺς ἀγαμέμνονας καὶ τοὺς οἰδίποδας, ἴδοι τις ἄν, πάσας τὰς τραγῳδίας, οἳ πλεῖστα ἐκέκτηντο χρήματα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ γῆς καὶ βοσκημάτων. καὶ δὴ τῷ δυστυχεστάτῳ αὐτῶν, γενέσθαι φασὶ χρυσοῦν πρόβατον. καὶ μὴν ὁ θάμυρίς γε, εὖ μάλα ἐπιστάμενος κιθαρίζειν, καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς μούσας ἐρίζων περὶ τῆς ἁρμονίας, ἐτυφλώθη διὰ τοῦτο, καὶ προσέτι ἀπέμαθε τὴν κιθαριστικήν. καὶ τὸν παλαμήδην οὐδὲν ὤνησεν αὐτὸν εὑρόντα τὰ γράμματα, πρὸς τὸ μὴ ἀδίκως ὑπὸ τῶν ἀχαιῶν καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ παιδευθέντων κατελευσθέντα ἀποθανεῖν· ἀλλ᾽ ἕως μὲν ἦσαν ἀγράμματοι καὶ ἀμαθεῖς τούτου τοῦ μαθήματος, ζῆν αὐτὸν εἴων. ἐπειδὴ δὲ τούς τε ἄλλους ἐδίδαξε γράμματα, καὶ τοὺς ἀτρείδας δηλονότι πρώτους, καὶ μετὰ τῶν γραμμάτων, τοὺς φρυκτοὺς ὅπως χρὴ ἀνέχειν, καὶ ἀριθμεῖν τὸ πλῆθος. ἐπεὶ πρότερον οὐκ ᾔδεισαν οὐδὲ καλῶς ἀριθμῆσαι τὸν ὄχλον, ὥσπερ οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα, τηνικαῦτα σοφώτεροι γενόμενοι καὶ ἀμείνους, ἀπέκτειναν αὐτόν.

Id est:

Atqui tragœdos frequētes uidetis in Bacchanalibus, & misereminí hominum in tragœdijs nominatorum, propter infortunia: sed tamen nunquam animaduertitis, quòd non illiteratis, neque musices imperitis, neque luctari ignorantibus ea mala acciderint: neque eo quòd quis pauper fuit, quisquam tragœdiam docuerit. Econtrariò enim, de Atreis & Agamemnonibus ferè, & Oedipodibus, uideas omnes tragœdias scriptas, qui plurimas poßederunt opes auri & argenti, & terræ & pecorum: quin etiam infortunatißimo omnium, auream aiunt fuisse ouem. Et quidem Thamyris, optimè sciens cithara canere, & cum Musis ipsis contendens de harmonia, excæcatus est propter hoc, atque insuper dedidicit artem cithara canendi. Et Palamedi, quòd literas inuenisset, nihil profuit, ut non iniustè ab Achiuis, & ijs quos ipse docuerat, lapidibus oppreßus interficeretur. Sed dum erant illiterati & indocti in ea disciplina, uiuere eum sinebant: postquam

uerò & alios docuit literas, & Atridas uidelicet primos, atque cum literis, quomodo facibus sublatis signa essent danda, numerandaq; multitudo (quia prius nescierant rectè turbam numerare, ut pastores oues) tum sapientiores redditi, atque meliores, interfecerunt eum.

ARGVMENTVM PRIMAE TRAgœdiæ Euripidis Hecubæ.

Sepulchrum Achillis.

Achillis umbra postulat sibi mactari Polyxenam, Priami filiam.

POst euersam Troiam Græci soluentes, in Chersonesum, quæ est eregionè Thraciæ, adpulerunt: ubi monumentum extabat Achillis, in Troia sepulti. Illic cum rerum ordinandarum gratia dies aliquot egissent, iamq; iterare nauigationem appararent: Achillis umbra super tumulum uisa, Græcos ne soluerent prohibuit: postulans, ut antè sibi Polyxena Priami filia mactaretur, quam pater aliquãdo uiuo despondisset, cuiusque gratia à Paride ac Deiphobo iaculo confossus interijsset, id temporis, cum Priamus puellam desponsatam traditurus uideretur. Itaque Græci memores, quàm ille rem bellicam adiuuisset: statuentesq; uiri uirtutem decorare, suffragijs decreuerunt, uti Polyxena in eius tumulo mactaretur. Datum est autem negocium Vlysi, ut uirginem deduceret: simulq; uafricie facundiæ suę, qua præditus erat, Hecubæ matri persuaderet, ne id factum ferret impotentius.

Polyxena prompta est ad mortem.

quò cum peruenisset Vlysses, reperit puellam ad necem paratam, spontaneamq; ac ultrò matri suadẽtem, sibi optabilius esse decorè emori liberã, quàm fœdè uiuere in seruitute. Deinde dum occiditur filia, Hecuba famulam quampiam ad littus mittit, ut lauando Polyxenę cadaueri aquam adportaret.

Polymestor Thracum tyrãnus, Polydorum Priami filium suæ fidei cõmissum occidit.

Ea dum haurire parat, Polydori corpus offendit in littore iacens. nam Polymestor Thracũ tyrãnus, simulatq; Troiæ cognouit excidium, trucidatum puerum in mare abiecerat: quò nimirum auro potiretur, quod unà cum filio Priamus ad illum miserat clanculum, cum iam periculum imminere uideret, ne caperetur Ilium. Erat autem ingens auri uis, satisq; idonea qua Priami genus restitueretur.

Hecuba simul uidet duo liberorum funera.

Hunc igitur Polydorum nacta famula, uestibus inuolutum defert ad Hecubam. Hæc Polyxenam esse suspicata, donec corpus retectum inspiceret, ubi Polydorum esse cognouit, miserè discruciatur: secumq; uiam quærit, qua posit Polymestorem ulcisci.

Polymestor cũ liberis suis uenit ad Hecubam.

Acre prius cum Agamemnone cõmunicata, ancillam suam mittit ad Polymestorem, quę eum unà cum liberis suis ad se iubeat accedere. esse enim quiddam maximi momenti, de quo uelit

cum

cum illo colloqui. At ille ignarus, Polydori cadauer in littore fuisse repertum, unà cum liberis suis ad Hecubā accedit. Ea simulat, sese ob eam causam accersiuisse hominem, ut illi thesauros quosdam antiquos, in Ilio defossos, indicaret. Deinde iusso secedere satellitio, solum cum filijs in tentorium deducit, tanquam illi traditura quicquid pecuniarum è Troia secum extulisset. Erat autem illic abdita maxima mulierū turba: quibus adiuta, Polymestorem introgressum exoculat, ac liberos occidit. Agamemnon audita utriusque causa, contra Polymestorem pronunciat: qui uideretur non iuuandi Græcos studio, sed auri cupiditate, puerum interemisse. *Polymestor ab Hecuba excæcatus, trucidatis unà quoq; ipsius liberis.*

NARRATIO DE INTERFECTO POLYDORO *Priami filio, ex secundo libro Historiæ belli Troiani Dictys Cretensis: ex qua apparet, quomodo Poetæ sua argumenta ex ueris historijs desumpserint.*

Per idem tempus Aiax Telamonius Thracū Cherrhonesum omni modo infestabat. Sed ubi rex eorum Polymestor, uirtutem atque gloriam uiri cognouit, diffidens rebus suis, deditionem occepit. Tumq; Polydorus Priami filius, quem rex recens natum clam omnibus alendum ei transmiserat, merces pacis ab eo traditur. Aurum etiam, aliaq; huiusmodi dona ad conciliandos hostium animos, affatim pręebantur. Dein frumentum per omnem exercitum totius anni pollicitus, naues onerarias quas ob id Aiax secum habuerat, replet: multisq; execrationibus amicitiam Priami aduersum Græcos renuens, in pacem fidemq; receptus est. *Aiax Telamonius Thraciam uastat.* *Polydorus à Polymestore traditur Aiaci.* *Polymestor à Priamo desciscit.*

His actis, Aiax iter ad Phrygas conuertit: ingressusq; eorum regionem, Teuthrantem dominum locorum solitario certamine interficit. Ac post paucos dies expugnata atque incensa ciuitate, magnā uim prædæ abstrahit, abducens Tecmessam filiam regis. Igitur ambo duces, multis uastatis atq; expugnatis regionibus, ipsi * clari atque magnifici, ingenti nomine per diuersa loca, atq; quasi de industria, eodem tempore ad exercitum remeauere. Deinde per præcones conductis in unum cunctis militibus, ducibusque, progressi in medium, singuli laborum suorum atque industriæ documenta in conspectu omnium exposuere. Quæ ubi Græci animaduertēre, fauore ingenti ac laudibus eos prosecuti, mediosq; statuentes, ramis oleæ coronauere. Dein consilium de diuidenda præda cœptum, Nestore & Idomeneo in decernendo optimis autoribus. Itaq; cunctorum sententia, ex omni præ- *Tecmessa, de qua est apud Sophoclem in Aiace μαστιγοφόρῳ.* ** Scilicet Aiax & Achilles.*

Astynome Chrysæ sacerdotis Apollinis filia Agamemnoni datur. Ea deinde multorum malorũ causa est Græcis, quemadmodum est in primo Homeri Iliados.

da quam Achilles asportauerat, excepta Eetionis coniugē Astynome, quam Chrysis filiam suprà docuimus, ob honorem regium eam Agamemnoni obtulere. Ipse etiam Achilles, præter Brisei filiam Hippodamiam, Diomedeam quoq; sibi retinuit: quòd eiusdem ætatis atque alimoniæ, non sine magno dolore diuelli poterant. Ob id iam antea genibus Achillis aduolutæ, ne separarentur, magnis precibus orauerant. Cæterùm reliqua præda uiritim ob singulorum merita distributa est. Dein quæ Aiax asportauerat, Vlysses & Diomedes rogatu eius in medios intulere. Ex quibus auri atque argenti quantum satis uidebatur, Agamemnoni regi datur. Ac deinde Aiaci, ob egregia laborũ facinora, Teuthrantis filiam Tecmessam concedunt. Ita diuisis in singulos quæ superfuerant, frumentum per exercitum dispertiunt.

Achilli dantur Hippodamia (quæ Homero Briseis) & Diomedea.

Tecmessa filia Teuthrantis datur Aiaci præmium uirtutis.

His actis, fidem pacti, quòd cum Polymestore intercesserat, traditumq; Polydorum refert. ob quæ à cunctis decerni tur, ut Vlysses cum Diomede profecti ad Priamum, Helenā cum abreptis reciperent, atque Polydorum regi traderent. Igitur his pergentibus, Menelaus (in cuius gratiam id negocium gerebatur) legationis officium pariter cum supradictis capit. Itaque habentes Polydorum, ad Troianos ueniunt. Sed ubi animaduertere populares, electos ac magni nominis uiros aduentasse, properè senes omnes, quorum consilium haberi solitum erat, in unum ducunt, Priamo à filijs domi retento. Igitur reliquis præsentibus Græcorum, Menelaus uerba facit, secundò iam se ob eandem causam uenisse, cùm multa alia aduersum sedomumque suam admissa, tum magno cum gemitu filię orbitatem per absentiam coniugis que ri. Quæ cuncta ab amico quondam, & hospite, non secundum meritum suum, euenisse. Ea seniores lamentatione immodica cum lachrymis accipientes, ad omnia quæ ab eo dicebantur, tanquam iniuriæ eius patientes, annuere. Post quæ Vlysses medius astans, huiuscemodi orationem habuit.

Vlysses cũ Diomede & Menelao proficiscuntur Troiam, repetitũ Helenā, reddito Polydoro.

Menelaus in cõsensu Troianorum seniorũ repetit secundò Helenam.

Oratio Vlyßis ad Troianos de reddenda Helena.

Credo ego uos, Troiani principes, satis compertum habere, nihil temerè Græcos, nihil inconsultum incipere solere: ac semper ijs iam tum à maioribus prouisum atque elaboratum, uti facta gestaque eorum laus potius quàm culpa sequeretur. Et ut præterita bene consulta omittam, iam hoc licet recognoscere, iniurijs contumelijsque Alexandri paulo antè læsa Græcia, non ad uim, neque ad arma decursum est, quod iracundiæ refugium esse solet. Nam de consilij sen-

filij sententia, legati ad recipiendum Helenam, ut meministis, cum Menelao uenimus. Quibus præter superbas uerborum minas & insidias occultas, nihil à Priamo atque ab eius regulis remissum. Imperfecta igitur re, ut opinor, consequens fuit arma capere, iusque per uim extorquere, quod amicè impetrare nequitum est. Itaque peracto exercitu totius Græciæ, atque tot egregijs atque inclitis ducibus, ne sic quidem prælium aduersum uos inire consilium fuit. Sed imitati morem, modestiamque solitam, iteratò uos ob eandem causam oratum uenimus. Cætera in manu uestra sita sunt, Troiani. Neque nos pigebit consuluisse uobis, si modò sana mens est, decretis salubribus priora malè consulta corrigere. Per deos immortales, reputate animis uestris, quanta clades, & ueluti contagio huiusce exempli orbem terrarum occupatura sit. Quis enim posthac, ubi uirile ingenium est, recordatus Alexandri facinus, non omnia suspecta & insidiosa ab amico metuere cogetur? aut quis frater fratri aditum patefaciet? quis hospitem aut cognatum nõ tanquam hostem cauebit? Denique si hoc (quod haud spero) probaueritis, omnia fœderis iura ac pietatis apud Barbaros Græcosque clausa erunt. Quocirca, Troiani principes, bonum atque utile est, Græcos receptis uniuersis quæ per uim exrorta sunt, amicè, atque uti par est, domum mitti: neque opperiri, ut duo regna inter se amicissima, manus conserant. Quæ cum considero, dolendam mehercule uicem uestram puto, qui innoxij & culpæ eius uacui, tot tantique, paucorum libidine paulo pòst alieni sceleris pœnas subire cogemini. An uos soli ignoratis, ut affectæ sint amicæ atq; uicinæ uobis ciuitates, uel quæ residuis in dies preparentur? Nam captum Polydorum, atque apud Græcos retineri, cognitum uobis est: qui, si Helena cum abreptis nunc saltem reuocetur, inuiolatus Priamo restitui poterit. Alioquin bellum differri non potest: neque finis bellandi fiet, quin aut omnes Græciæ duces ad eruendam ciuitatem uestram, qui singuli satis idonei sunt, mortem obierint: aut, quod magis spero confore, capto Ilio, crematoque igni, posteris etiam impietatis uestræ exemplum relinquatur. Quapropter, dum adhuc res integra uobis in manibus est, etiam prouidete.

Græcibis amicè repetiuerunt Helenam, antequam quicquã hostiliter cõtra Troianos susciperent.

Polydorum reddere uolunt Græci, si restituatur Helena.

Postquã finẽ dicendi fecit, magno silentio cunctis (uti in tali negocio fieri solet) alienam sententiam expectantibus, quum se quisq; minus idoneum actorem crederet, Panthus apud

Panthus & Antenor respõdent orationi Vlyssis.

apud eos clara uoce ait: Vlysse, uerba facis, quibus præter uoluntatem mederi rebus potestas nulla est. Dein post eum Antenor: Omnia quæ memorata à uobis sunt, scientes prudentesq; patiemur: neque uoluntas bene consulendi abest, si potestas concederetur. Sed ut uidetis, summæ rei potiuntur illi, quibus cupita utilitate potiora sunt. Quæ ubi disseruit, mox per ordinem duces omnes, qui ob amicitiam Priami, quique mercede conducti, auxiliarem exercitum duxerant, introduci iubet. Quibus ingressis, Vlysses secundam orationē exorsus, iniquissimos appellare uniuersos, neq; dispares Alexādri: quippe qui à bono honestoq; elapsi, autorē pessimi sceleris sequerentur. Neq; ignorare quenquā, quin si tam atrox iniuria probanda sit, fore uti malo exemplo disseminato per mortales, ipsos etiam qui haud longè abessent, similia, aut grauiora hisce sequerētur. Ea ut erāt atrocia, cuncti tacitè reputare inter se animo: atq; ita exemplum huiuscemodi abhorrentes, indignatione rerum permoueri. Dein solito more perrogatis seniorum sententijs, pari consensu omnium Menelaum indignè passum iniuriam decernitur: solo omnium Antimacho in gratiam Alexandri reclamāte.

Altera oratio Vlyßis apud Troianos in ipsa Troia habita.

Ipsi Troiani improbant raptū Helenæ.

Ac statim, qui de omnibus nunciatum ad Priamum mitterentur, electi duo: hiq; inter cætera, quæ mandata erant, etiā de Polydoro docent. Ea ubi rex accepit, maximè consternatus filij nuncio, ante ora omnium corruit. Deinde à circunstantibus refectus paulisper, erigitur: atque ire in consilium cupiens, à regulis cohibitus est. Ipsi nanque, relicto patre, conuētum irrumpunt, ad id tempus, quo Antimachus multis in contumeliam Græcorum iactis probris, tum demum dimitti Menelaum aiebat, si Polydorus restitueretur: postremò, in eundem casum atque exitum utriusque custodiendum. Aduersum quæ, cunctis silentibus, Antenor resistere: ac ne quid huiusmodi decerneretur, magna ui repugnare. Sed postquam inuicem multa consumpta oratione, certamen eorum ad manus processerat, omnes qui aderant, inquietum ac seditiosum Antimachum pronunciantes, è curia proiecere. Sed ubi Priamidæ egreßi sunt, Panthus Hectorem obsecrans (nam is inter regulos cùm uirtute, tum consilio bonus credebatur) hortari, uti nūc Helena, potissimū cum Græci supplices ob eam causam uenissent, cum amicitia redderetur. Neque parum Alexandro, ad explendum amorem, si quem circa Helenam habuerat, transactum. Quocirca uersari ante omnium oculos oportere præsentiam regum Graiorum,

Priamus accepto nuncio de capto filio Polydoro, ante omnium ora corruit.

Antimachus probris afficit Græcos in concilio.

Antenor semper probauit causam Græcorum, improbato raptu Helenæ.

Panthus suadet, Helenam reddēdam Græcis.

iorum, eorumq; fortia facta, ac recens partam gloriam, erutis amicissimis Troiæ ciuitatibus. Ob eam etiam causam Polymestorem, exemplum admissi abhorrentem, ultrò Græcis Polydorum tradidisse. Ex quo etiam uerendum, ne quid per tale commentum finitimæ regiones, perniciosa consilia aduersum Troiam molirentur. Nihil exploratum, neque fidum esse: insidiosa cuncta, atque aduersa in obsidione fore. Quæ si omnes ita uti res est, animo reputarent, neque ulterius differendos legatos paterentur, & Helena cum gratia remissa, maius atque arctius amicitiæ pignus inter duo regna coalesceret.

Quæ ubi accepit Hector, recordatione fraterni facinoris tristior aliquantum, suffusisq; cum mœrore lachrymis, Helenam tamen prodendam minimè rebatur: quippe supplicem domus, & ob id fide interposita tuendã. Si qua autem cum ea abrepta docerentur, restituenda cuncta. Nanque pro Helena Cassandram, uel Polyxenam, uel quæ legatis uideretur, nuptum cum præclarissimis donis Menelao tradendam. Ad ea Menelaus iracundè atrox: Egregiè Herculè de nobis actum est, siquidem proprio spoliatus, commutare matrimonium arbitrio meorum hostium cogor. Aduersum quem Aeneas: At ne hæc quidem concedentur, contradicente ac resistente me, reliquisque qui affines amicique Alexandro, in rem eius consulimus. Sunt enim, atque erunt semper, qui domum regnumque Priami tueantur: neque amisso Polydoro orbitas Priamum insequetur, tot talibusq; filijs superstitibus. An solis, qui è Græcia sunt, raptus huiusmodi conceduntur? Quippe Cretæ Europam à Sydone, Ganymedem ex hisce finibus atque imperio rapere licuerit? Medeam ignoratis 'ne, à Colchis in Colchorum fines transuectam? Et ne primum illud rapiendi initium prætermittam, Io ex Sydoniorum regione abducta, Argos meauit. Hactenus uobiscum uerbis actum. Ac nisi mox cum omni classe ex hisce locis aufugeritis, iamiam Troianam uirtutem experiemini. Deorum quippe ope atq; auxilio iuuentus perita belli abundè nobis est, atq; in dies auxiliorũ crescit numerus.

Postquam finem loquendi fecit, Vlysses placida oratione: Iam Hercule ulterius, ait, Differre inimicitias haud integrũ uobis est. Date igitur belli signum, atque ut in inferendis iniurijs, ita in inchoando prælio sitis autores: nos sequemur lacessiti. Talibus inuicem consumptis uerbis, legati consilio abeunt. Ac mox per populũ disseminatis quæ aduersus

Hector nõ uult restitui Græcis Helenam, cõtra consiliũ Panthi.

Menelaus Hectori iracundè respondet.

Aeneas proterue & superbè respondet Menelao.

Raptus Europæ & Ganymedis & Medeæ & Ius. Vide de his initium primi libri Herodoti.

Vlysses respondet superbo Aeneæ.

Tumultus oritur inter Troianos, propter superbiloquentiã Aeneæ.

legatos Aeneas dixerat, tumultus oritur: ſcilicet per eum uniuerſam Priami domum, odio regni eius, & peſsimo intercedendi exẽplo euerſum iri. Igitur ubi legati ad exercitum reuenere, cunctis ducibus dicta geſtaque Troianorum aduerſum ſe exponunt. Itaque decernitur, uti Polydorum in conſpectu omnium, atque ante ipſos muros necarent. Neque ulterius dilatum facinus. quippe productus in medium, uiſentibus ex muris pleriſque, hoſtium lapidibus ictus, fraternæ impietatis pœnas luit. Ac mox unus ex præconibus nunciatum Ilienſibus mittitur, uti Polydorum ſepeliendum peterent. Miſſuſque ad eam rem Idæus, cum ſeruis regis, fœdatum ac dilaniatũ lapidibus Polydorum, matri eius Hecubæ refert.

Polydorus à Græcis in medio campi, ſpectantibus è muro Troianis, lapidib. obruitur.

Græci lapidatũ Polydorum Troianis ſepeliendũ tradunt.

ACTIO HVIVS FABVLAE, PROPONITVR in opposita Thraciæ Cherroneso. uerùm Chorus ex captiuis mulieribus Troianis constituitur, auxiliaturis Hecubæ.

PERSONAE.

Vmbra Polydori, filij Priami, interfecti à Polymestore rege Thraciæ, post destructam Troiam, & abiecti in mare.

Hecuba, uxor Priami captiua, & à Græcis abducta.

Chorus, qui constat ex captiuis Troadibus.

Polyxena, filia Priami & Hecubæ, unica superstes post uastatam Troiam, unicum solatium matris captiuæ.

Vlxsses Ithacensis.

Talthybius famulus communis exercitus Græcorũ, commorantis in reditu à Troia in Chersoneso, propter umbram Achillis, poscentis uictimam & munus honorarium Polyxenam.

Ancilla Hecubæ.

Agamemnon, dux Græcorum exercitus.

Polymestor, rex Thraciæ.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩ-ΔΙΑΣ ΤΟΥ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ, Ἡ καλεῖται ΕΚΑΒΗ.

1




Ἐπεὶ...

ΩΣ μὲν οὖν γῆς ὀρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα,
πύργοι τ' ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός,
Ἕκτωρ τ' ἀδελφὸς οὑμὸς ηὐτύχει δορί,
καλῶς παρ' ἀνδρὶ Θρῃκὶ πατρῴῳ ξένῳ,
τροφαῖσιν ὥς τις πτόρθος ηὐξόμην τάλας.
ἐπεὶ δὲ Τροία θ', Ἕκτορός τ' ἀπώλετο
ψυχή, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πίτνει,
σφαγεὶς Ἀχιλλέως παιδὸς ἐκ μιαιφόνου,
κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν
ξένος πατρῷος. καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς
† μ' ἔθηχ' ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.

1 Dum iuuat, & uultu ridet fortuna sereno, Indelibatas cuncta sequuntur opes: At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli, Agminibus comitũ qui modò cinctus erat. Ouid. 1. Tristium.

† Pro ἐμὲ ἔθηκε, aorist. α. à τίθημι, pono.


2



ΦΕῦ ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων,
δούλειον ἦμαρ εἶδες. ὡς πράσσεις κακῶς,
ὅσον περ εὖ ποτ'. ἀντισηκώσας δέ σε
φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

2 Fortuna leuis, mobilis & incōstans est. Κύκλος γὰρ τὰ ἀνθρώπινα, ut in ueteri uerbo dicitur.

3



——Ἔσται τι νέον.
ἥξει τι μέλος γοερὸν, γοεραῖς.
οὔποτ' ἐμὰ φρὴν ὧδ' ἀλίαστος
φρίσσει, ταρβεῖ.
ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν,
ἢ Κασάνδρας ἐσίδω, Τρῳάδες,
ὥς μοι κρίνωσ' ὀνείρους;

3 Somnia, præsagia uenturorum malorum, quamuis in uersu dictum sit: Somnia ne cures, nam fallũt somnia plures. Et, Somnia fallaci ludunt temeraria nocte, Et pauidas mentes falsa timere iubent. Tibullus lib. 3. Eleg. 4.

4

Ἥξει δ' Ὀδυσσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη,
πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαζῶν,
ἔκ τε γεραιᾶς χειρὸς ὁρμήσων.
* ἀλλ' ἴθι ναοὺς, ἴθι πρὸς βωμοὺς,
ἵζ' Ἀγαμέμνονος ἱκέτις γονάτων,

* Etiam Ethnici statuerunt, deos precibus flecti posse, ut auertant instantia pericula. Flectitur iratus uoce rogante deus: Ouid. 1. de Arte. Item: Et dominũ mundi flectere uota solent: Martialis 8. Epigrãmatum.

EX TRAGOEDIA EVRIPIDIS, QVAE VOcatur HECVBA.

1

Vatenus itaque terræ erecti stabant termini,
Et turres incõcussæ Troicæ erãt terræ,
Hectorq; frater meus florebat hasta,
Bene apud uirum Thraca, [a] patrium hospitem,
Alimonijs, ueluti surculus quispiam, crescebam miser.
Postquam autem Troia, & Hectoris perijt
Anima, & patrij lares diruti sunt,
Ipse * uerò ad aram deo sacratam procumbit,
Mactatus Achillis à filio sanguinarij,
Obtruncat me auri infœlicem gratia,
Hospes paternus. Et cum occidisset, in fluctum maris
Me posuit, ut ipse aurum domi haberet.

2

EHeu mea mater, quæ ex tyrannicis ædibus
Seruilem diem uidisti, quàm habes malè,
Quàm olim benè. sed pari libramine ponderans te,
Perdit deorum quispiam, ab anteacta fœlicitate.

3

—Erit quid nouum,
Veniet quædam cantio luctuosa luctuosis.
Nunquam mea mens sic indesinenter
Horret, tremit.
Vbi nam diuinam Heleni animam,
Aut Cassandræ uideam, ô Troades,
Vt mihi interpretentur somnia?

4

Veniet uerò Vlysses iam iam,
Pullum abstracturus tuis à mammis,
Exq; senili manu ui ablaturus.
Quare adeas templa, adeas aras,
Accide Agamemnonis supplex genubus,

1 Verba sunt Polydori, filij Priami, quem pater Priamus, cũ cingeretur obsidione Troia, cum grandi pecuniæ summa in Thraciam ad Polymestorẽ misit, ut patria diruta, haberet tum ipse, tum alij etiam adhuc superstites, unde uiuerent.

a Polymestorem.

* Priamus pater meus.

2 Eiusdem uerba sunt, de matre sua Hecuba, quæ à Græcis capta, in seruitutẽ abducebatur.

3 Hecubæ querelæ sunt, quã noctu somnia quædam tristia perterrefecerant, quæ uidit de Polydoro interfecto à Polymestore, & filia Polyxena, immolanda ad tumulũ Achillis, à Græcis.

4 Verba sunt Chori, qui constabat ex Troianis captiuis mulieribus, nunciantibus Hecubæ, decretum esse ab omnibus Græcorum principibus, ut filia ipsius Polyxena, quæ sola & unica sibi post reliquarum omniũ cædem spes & solatium restabat, in honorem Achillis ad tumulum immolaretur.

κήρυσσε θεοὺς τούς τ' οὐρανίδας,
τούς θ' ὑπὸ γαίαν. ἢ γάρ σε λιταὶ
διακωλύσουσ' ὀρφανὸν εἶναι
παιδὸς μελέας, ἢ δεῖ σ' ἐπιδεῖν
τύμβου προπετῆ φοινισσομένην
αἵματι παρθένον, ἐκ χρυσοφόρου
δειρῆς, νασμῷ μελαναυγεῖ.

5

Οἲ ἐγὼ μελέα, τί ποτ' ἀπύσω;
ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν;
δειλαία, δειλαίου * γήρως,
δουλείας τᾶς οὐ τλατᾶς,
τᾶς οὐ φορτᾶς. ὤ μοι μοι.
τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα;
ποία δὲ πόλις;
φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες.
ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν
στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις θεῶν
ἢ δαιμόνων ἐπαρωγός;
ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι Τρῳάδες,
ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι πήματα,
ἀπωλέσατ', ὠλέσατ', οὐκέτι μοι
βίος ἀγαστὸς ἐν φάει.
ὦ τλάμον ἄγησαί μοι
πούς, ἄγησαι τᾷ γραίᾳ
πρὸς τάνδ' αὐλάν. ὦ τέκνον, ὦ παῖ
δυστανοτάτας ματέρος,
ἔξελθ' ἔξελθ' οἴκων. ἄιε ματέρος
αὐδάν. ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς
οἵαν οἵαν
ἀΐω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς.

6

Σοφόν τι, καν κακοῖς, ἃ δεῖ φρονεῖν.

7

Ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ', ὅσοι δημηγόρους
ζηλοῦτε τιμάς. μηδὲ γινώσκοισθέ μοι,
οἱ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε,
ἢν τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι.

8 Ταύτῃ

5 Impatientia Ethnicorum in cruce, propterea quòd nec causas calamitatum, nec etiam ueras consolationes nouerũt. Cicero, quamuis uir fuerit lõgè sapientissimus, tamẽ de eo scriptum est, quòd omnium aduersorum nihil ut uiro dignũ erat tulerit. Liuius lib. 120. Lege quoq; Plutarchum in Cicerone, quomodo tulerit exilium. ἀθυμῶν καὶ περίλυπος διῆγε τὰ πολλὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες ἀφορῶν, καὶ τῷ φρονήματι μικρὸς ἄγαν καὶ ταπεινὸς ὑπὸ τῆς συμφορᾶς γεγονώς, καὶ συνεσταλμένος, ὡς οὐκ ἄν τις ἄνδρα παιδείᾳ συμβεβιωκότα τοσαύτῃ προσεδόκησε, ut scribit Plutarchus. Item quàm imbecilli animo tulerit Tulliolæ filiæ in partu obitum, ut nullo quoque pacto consolationem admitteret. Vide Epistolam 6. lib. 4. Familiarium epistol. Vbi enim nõ sis qui fueris, non est quod uiuas: quemadmodum ipse Cicero alicubi scribit. Verùm Christiani aliter iudicant.

* Genitiuus Atticus, pro γήρατος, à γήρας.

6 In aduersis se rectè gerere, magna sapientia est. Ea caruerunt plerique Ethnici, quamuis aliàs magni & sapientes.

7 Multa dicunt & faciunt homines, ne amittant gratiã seu potentum, seu uulgi.

Aduoca deos tam cœlites
Quàm inferos. aut enim te preces
Prohibebunt orbam esse
Filia infelice: aut oportet te aspicere,
Ad tumulum procidentem cruentari
Sanguine uirginem, ex aurifera
Ceruice, latice nigricante.

5

Heu me miseram, quid'nam clamem?
Quam uociferationem, quem fletum?
Misera, miseræ senectæ,
Seruitutis huius non tolerandæ,
Non ferendæ. heu me me.
Quis defendet me? quæ soboles?
Quæ ciuitas?
Extinctus senior, extincti liberi.
Quam uiam, aut hanc aut illam
Incedam? quo'nam uadam? ubi quispiam deorum
Aut dæmonum opitulator?
O' mala annunciantes Troades,
O' mala quæ attulistis nocumenta.
Extinxistis, perdidistis me. non amplius mihi
Vita grata in luce.
O' infelix duc me
Pes, duc me anum
Ad hanc aulam. ô filia, ô gnata
Infelicissimæ matris,
Exi, exi è domo, audi matris
Vocem ô filia, ut scias
Qualem qualem
Audio famam de tua uita.

6

Sapiens res est, etiam in malis, quæ oportet, sapere.

7

Ingratum uestrum genus, quotquot populares
Aemulamini honores. Vtinam non cognoscamini mihi,
Qui amicos lædere non curatis,
Vt multitudini ad gratiam dicatis quid.

8 In hac

5 Exclamatio, & tragica querela est Hecubæ, post acceptũ nuncium à choro, de immolãda filia Polyxena.

6 Verba Vlysis ad Hecubã, quibus conatur ipsi persuadere, ut æquo animo ferat quod mutari nequit, & ne ipsa captiua pugnet, sed se superioribus Græcis & filiam ad immolationem concedat.

7 Hecuba exprobrat Vlyssi sua beneficia. cũ enim ad Troiam ueniret explorator, & agnosceretur ab Helena, seruatus est ab Hecuba, ne interimeretur ipse proditor pro merito à Priamo. obliuiscitur autem nunc istorum meritorum, & gratificatur exercitui, qui Polyxenam hostiam poscebat.

8

Ταύτῃ* γέγηθα κἀπιλήθομαι κακῶν.
ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή,
πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.

8 Liberi probi & honesti solatium sunt & gaudiũ parẽtũ.
* Præteritum medium à γηθέω, gaudeo.

9

Οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεών.
οὐδ' εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί.
a κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ' ἔτι·
τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

9 Magistratui quo plus licet, tanto minus libeat.
a Doctrina de fortunæ incõstantia. Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi, Nempe tamen uitam captus ab hoste tulit. Ouid. 4. de Ponto.

10

Τόδ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει.

10 Plus potest oratio conspicuorum, quàm obscurorum: potentum, quàm inferiorum. Citat hos uersus Euripidis, Gellius libro 11. cap. 4. his uerbis: Hos uersus Q. Ennius, cum eam tragœdiam uerteret, nõ incommodè sanè æmulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt: Hæc tu etsi peruerse dices, facilè Achiuos flexeris: Nam cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles, Eadem dicta eademq; oratio æqua non æquè ualet.

11

Ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ,
μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.

11 Honos altrix uirtutum. —Quis enim uirtutem amplectitur ipsam Premia si tollas?— Iuuenal. Satyra 10. Immensum nanque gloria calcar habet. Ouid. 4. de Ponto.

12

Οὐκοῦν τόδ' αἰσχρὸν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
χρώμεσθ'. ἐπεὶ δ' ὄλωλε, μὴ χρώμεσθ' ἔτι.

12 Quòd infelicium pauci sint amici.

13

Καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μὲν καθ' ἡμέραν,
κεἰ σμίκρ' ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι.
τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον
τὸν ἐμὸν ὁρᾶσθαι· διὰ μακροῦ γὰρ ἡ χάρις.

13 De sepulturæ honore etiam Ethnici solliciti fuere. Eã quãti ipsi fecerint, docent bella propterea excitata.

14

—Ἡμεῖς δ' εἰ κακῶς νομίζομεν
τιμᾶν τὸν ἐσθλὸν, ἀμαθίαν ὀφλήσομεν.
οἱ † βάρβαροι δὲ μήτε τοὺς φίλους φίλους
ἡγεῖσθε, μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας
θαυμάζετ'.—

† Barbari & improbi nihil curant uirtutem & honestatẽ.

15

Ὡς ἂν ἡ μὲν Ἑλλὰς εὐτυχῇ,
b ὑμεῖς δ' ἔχηθ' ὅμοια τοῖς βουλεύμασιν.

15 Honos altrix uirtutum.
b Cuique suus mos uidetur esse optimus.

16

Αἶ αἶ, τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πεφυκέναι;
τολμᾷ θ' ἃ μὴ χρὴ, τῇ βίᾳ νικώμενον.

16 Seruitute nihil miserius. Omni malo, omni exitio peior seruitus. Et quem Iupiter odit, seruum hunc primùm facit. Plautus in Amphitruone.

17 Τί γὰρ

8
In hac me oblector, & obliuiscor malorum,
Hæc pro multis est mihi solatium,
Ciuitas, nutrix, scipio, dux uitæ.

9
Nō uictores cōuenit imperare per uim, quæ nō cōueniūt:
Neq; fœlices, existimare fœlices fore perpetuò.
Et ego enim eram quondam, sed nunc non sum amplius:
Cunctas sed opes dies unica mihi abstulit.

10
Porrò autoritas, etiam si malè dixerit, tua
Persuadebit. oratio enim & ab inglorijs profecta,
Et à gloriosis eadem, non idem ualet.

11
In hoc enim pereunt plures respublicæ,
Quando quispiam fortis & strenuus existens uir,
Nihil aufert deterioribus plus.

12
Nimirum hoc turpe est, quòd cernente quidem amico
Vtimur: cum autem perijt, non utimur amplius.

13
Atqui mihi quidem uiuenti in dies,
Etsi pusilla habeam, omnia utiq; sufficienter sint.
Sepulchrum uerò cuperem honoratum
Meum conspici: in longum enim hoc durat officium.

14
—— Nos uerò, si malè existimamur
Honorare fortem, stulticiæ damnabimur.
Barbari uerò uos, neq; amicos amicos
Existimatis, neq; istos qui honestè mortui sunt
Admiramini. ——

15
Sic utiq; Græcia quidem felix & uictrix est,
Vos autem habetis consentanea uestris consilijs.

16
Ah ah, seruitus ipsa quàm misera res est?
Perfert indigna, per uim uicta.

8 Hecuba cū rogasset Vlyssem, ne filiam Polyxenam à se ad necem abstrahat, hos uersus subijcit.

9 Verba sunt eiusdē Hecubę ad Vlyssem, quibus ipsum monet dicti Senecæ, parum debere ei libêre, cui plurimū licet. de fragilitate quoq; humana, & fortunæ inconstantia, concionatur.

10 Hecubę uerba sunt ad Vlyssem, quibus petit ut pro se & filia, ne immoletur, intercedat apud Græcorū exercitū, propterea quòd autoritate ualeat.

11 Respōsio Vlysis ad Hecubā, qua persuadere ipsi conat̄, ut ultrò & uolens permittat Græcis filiā, propterea quòd benemeriti uiri honorādi sint: qualis fuit Achilles, princeps Græcorū, interfectus à Paride.

12 Eiusdē uerba sunt, ad eandem: Achilles mortuus honorandus est.

13 Eiusdem, ad eandem. Omnes cupimus sepulchrum habere honoratum: multo magis honor debet exhiberi mortuo Achilli, Græcorum principi, immolata filia tua Polyxena.

14 Verba Vlysis ad Hecubam: Achilles bene de nobis omnibus meritus, est honorādus mactatione tuæ filiæ: ne malè audiamus, tanquā ingrati apud alios.

15 Propositis pręmijs, ijs qui rectè & præclarè se gerunt.

16 Querela est Hecubę, cum nihil ad salutem filiæ apud Vlyssem impetrare potuisset.

17 Ethnicorum in malis consolatio: Vbi non sis qui fueris, non est cur uelis uiuere. Cicero lib. 7. Familiarium, ut uetus, id dictum citat.

* Satius honestè mori, quàm turpiter seruire. sic Cato, sic Hannibal, sic alij manus sibi ipsis intulerunt, ne in manus hostium captiui uenirent: quemadmodum scribit Plutarchus.

† Præteriti medij participiũ Atticum, ab ἔθω.

18 Ex diuite & fortunato pauperem & infelicem fieri, res miserrima: moriq; satius, quàm turpiter uiuere.

20 Magnanimitas, fortitudo, & aliæ uirtutes parentum, quemadmodum Pindarus ait, sæpè etiam elucescunt & exerunt se in liberis.

21 Fortioribus & potentioribus se, non pugnandum.

Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν, Νίκης τε στέρεται, πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει. Hesiod. lib. I.

22 Ethnici crediderunt uiuere animas post mortem. *ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός*, ut est in uersu Phocylidæ, ualdè pio.

23 Ex aspectu nascitur amor: seu, amor & forma mulierum, multorum malorum & bellorum causa sunt. Vide Athenæum lib. 13. ubi enumerat bella propter mulieres excitata.

24 Ethnici quãdo uident affligi bonos, nescientes causas calamitatum, de Deo & prouidentia dubitant.

* Doctrina de fortunæ incõstantia. Hecuba paulo antè Regina, serua in captiuitatem abducitur. Sic ludit in humanis diuina potentia rebus, Et certã præsens uix habet hora fidẽ.

17

Τί γάρ με δεῖ ζῆν, ᾗ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ
Φρυγῶν ἁπάντων; τοῦτό μοι πρῶτον βίου.
ἔπειτ' ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο,
βασιλεῦσι νύμφη, ζῆλον οὐ σμικρὸν γάμου
ἔχουσ', ὅτου δῶμ' ἑστίαν τ' ἀφίξομαι.
δέσποινα δ' ἡ δύστηνος Ἰδαίαισιν ἦν
γυναιξί, παρθένοισί τ' ἀπόβλεπτος μέτα.
ἴση θεῆσι, πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον.
*νῦν δ' εἰμὶ δούλη. πρῶτα μέν με τοὔνομα
θανεῖν ἐρᾶν τίθησιν, οὐκ † εἰωθὸς ὄν.

18

Ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν,
φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ·
θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος,
ἢ ζῶν.

19

Τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος.

20

Δεινὸς χαρακτὴρ, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς,
ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
τῆς εὐγενείας τοὔνομα, τοῖσιν ἀξίοις.

21

Σὺ δ' ὦ τάλαινα, τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου.

22

Τί σοι πρὸς Ἕκτορ', ἢ γέροντ' εἴπω πόσιν;
Ἑκ. ἄγγελλε, πασῶν ἀθλιωτάτην ἐμέ.

23

Διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων,
αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.

24

Ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους ὁρᾶν,
ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην,
ψευδῆ δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,
τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;
*οὐχ ἥδ' ἄνασσα τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν;
οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ;
καὶ νῦν πόλις μὲν πᾶσ' ἀνέστηκε δορί,

17

Quid enim me cõuenit uiuere, cui pater quidem erat rex
Phrygum omnium? hoc mihi primum fuit uitæ.
Deinde alebar ad spes amplas,
Regibus sponsa, æmulationem non paruam nuptiarum
Habens, cuius nam in domum & lares uentura essem.
Regina uerò ego infelix Idæis eram
Mulieribus, uirginesq; inter conspicua:
Aequa deabus, præter mortem solam.
Nunc uerò sum serua. Primùm quidem hoc nomen
Mortem amare facit, insuetum existens.

18

Quicunque enim consueuit gustare mala,
Fert quidem, sed dolet, ceruicem imponens iugo.
Mortuus autem esset longè fortunatior,
Quàm uiuens.

19

Viuere enim non honestè, ingens labor est.

20

Vehemens nota, & insignis inter mortales,
A' bonis natum esse: & magis magisq; illustratur
Nobilitatis nomen, fortibus & dignis.

21

Tu autem infelix, cum uictoribus ne pugnes.

22

Quid tibi ad Hectorem? aut senem dicam maritum?
Hec. Annuncia, omnium infelicissimam me.

23

Pulchris enim oculis
Turpissimè Troiam cepit fortunatam.

24

O' Iupiter, quid dicam? Vtrum te homines respicere?
Aut opinionem aliàs hanc habere frustra,
Falsò qui existimant deorum esse genus?
Fortunã uerò omnia quæ apud mortales fiunt administra
An non hæc regina ditium Phrygum? (re?
Non hæc Priami locupletissimi uxor?
Et nunc ciuitas quidem tota subuersa est bello:

17 Verba sunt Polyxenę, offerentis se lætabundam ad cædem, ut effugeret mala perferẽda in captiuitate ab hostibus.

18 Polyxenæ uerba sunt, captiuæ, & abductæ à Græcis unà cum matre Hecuba, promptæ ad mortem.

19 Mori satius, quàm turpiter uiuere.

20 Verba Chori sunt, admirãtis fortitudinem & magnanimitatem puellæ Polyxenæ, mortem non exhorrescentis.

21 Verba Polyxenæ ad matrem, ne resistat Græcis, sed se ipsis ad immolationem ultrò concedat.

22 Verba Polyxenæ, abeuntis ad mortem, ad matrem Hecubam.

23 Hecuba, de Helena.

24 Verba sunt Talthybij, famuli publici Græcorum, offendentis Hecubam præ mœrore in puluere abiectam, ac miserabilissimè se habentem,

αὐτὴ δὲ, δούλη, γραῦς, ἄπαις, ἐπὶ χθονὶ
κεῖται, κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα.

25

Ὦ τὴν ἐμὴν πέρσαντες Ἀργεῖοι πόλιν,
ἑκοῦσα θνήσκω· μή τις ἅψηται χροὸς
τοὐμοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα θάνω,
πρὸς θεῶν μεθέντες κτείνατ'. Ἐν νεκροῖσι γὰρ ‟
δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ', αἰσχύνομαι. ‟
Μαστούς τ' ἔδειξε, στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος ‟
κάλλιστα. καὶ καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ, ‟
ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον.
ἰδοὺ τόδ' εἰ μὲν στέρνον ὦ νεανία ‟
παίειν προθυμῇ, παῖσον. εἰ δ' ὑπ' αὐχένα ‟
χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε. ‟

*

Ἡ δὲ, καὶ θνήσκουσ', ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν, εὐσχήμως πεσεῖν,
κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.

26

Οὔκουν δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κακὴ
τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὖ στάχυν φέρει;
χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν,
κακὸν δίδωσι καρπόν; † ἀνθρώποις δ' ἀεὶ
ὁ μὲν πονηρὸς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός.
ὁ δ' ἐσθλὸς, οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστός ἐστ' ἀεί.
ἆρ' οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί;
* ἔχει γέ τοι τι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς,
δίδαξιν ἐσθλοῦ.

27

Τοῦτο δ' ἤν τις εὖ μάθοι,
οἶδε τό γ' αἰσχρὸν, κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών.

28

Ἐν γὰρ μυρίῳ στρατεύματι,
Ἀκόλαστος ὄχλος, ναυτική τ' ἀναρχία,
κρείσσων πυρὸς, ᵃ κακὸς δ', ὁ μή τι δρῶν κακόν.

29 Ὦ πλεῖστ'

25 Exemplum fortitudinis, constantiæ & magnanimitatis in puella Ethnica, magno animo contemnente mortem.

* Polyxena etiam in morte memor est honestatis, tegens tegenda. Sic de Iulio Cæsare idem prodit Plutarchus in Cæsare, Iustinus de Olympiade matre Alexandri. alij quoque de alijs idem meminere.

26 Hecuba uidetur pluscullum tribuere genituræ, quàm institutioni: miraturq; proindè, non idem euenire in mortalium moribus, quod in prouentu segetũ accidat. Porrò quãto plus ualeat institutio quàm genus, Lycurgus eleganter ostendit, prolatis apud multitudinem duob. canibus, quemadmodum est apud Plutarchũ in Lycurgo, & Pædagogia eiusdem.

† Boni in omni fortuna eundem retinent animum: quemadmodum de Socrate scribunt ueteres, & id boni uiri esse decet. Theognis.

* Educatio plurimũ potest in utranque partem: quemadmodum à Platone rectè & uerè scriptum est, Plutarcho quoque in Pædagogia idem monetur.

28 Milites, populus indomitus & intractabilis. Nulla fides pietasq; uiris qui castra sequuntur, Venalesq; manus: ibi fas, ubi maxima merces. Lucan. lib. 10.

a Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum,
Si uis esse aliquis: probitas laudatur, & alget: ut scribit Satyricus. Dãn vuer itzunder from ist, der dienet in die vuelt nicht.

Ipsa uerò, serua, anus, orba, in terra
Iacet, puluere commaculans infelix caput.

25

O' meam qui excidistis Argiui ciuitatem,
Lubens morior, ne quis attingat corpus
Meum. porrigam cordatè, intrepidè ceruicem.
Liberam uerò me, ut libera moriar,
Per deos quæso dimittentes occidite. apud manes enim
Serua uocari, regina cum sim, pudet me.
Et mamillas ostendit, & pectora tanquam statuæ
Pulcherrima. & dimittens ad terram genu,
Dixit omnium miserrimum sermonem;
Ecce, hoc siquidem pectus ô iuuenis
Ferire cupis, ferito: si uerò sub ceruice
Mauis, adest ceruix exprompta hæccine.

25 Verba sunt Polyxenæ, quæ adducebatur ad mactationem, præsente toto Græcorum exercitu.

Hæc uerò iam moriens, tamen
Magnam solicitudinem habuit, decenter ut caderet,
Et celaret quæ celare oculos uirorum conuenit.

26

Non ergo mirum, quòd terra quidem mala,
Adepta temporis clemētiam à Deo, bonam segetem fert:
Bona autem, non adepta quæ conueniebat eam adipisci,
Malum dat fructum. inter homines uerò semper,
Malus, nihil aliud quàm malus:
Bonus autem, bonus: neq; præ calamitate
Ingenium perdit, sed probus est perpetuò.
Num ipsi parentes differunt, aut educatio?
Præstat profectò quodammodo honesta educatio
Doctrinam honesti.

26 Verba Hecubæ, quæ dixit, postquam audiuisset de filia, quòd honestè & fortiter se in morte gessisset.

Honesta educatio.

27

Illud uerò si quis probè didicerit,
Nouit quoq; turpitudinem, disciplina uirtutem edoctus.

27 Id est: si, quod honestū, bonum & pium est, cognouerit.

28

In infinito enim exercitu,
Incoercita turba, nauticáq; licentia
Violentior igne. malus uerò, qui mali nihil agit.

28 Verba Hecubæ, properātis ad sepeliendum mactatam filiam, & metuentis ne attingatur ab exercitu, turba indomita.

29

Ὦ πλεῖστ' ἔχων, κάλλιστά τ', εὐτεκνότατε
Πρίαμε, γεραιά θ' ἥδ' ἐγὼ μήτηρ τέκνων,
ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
τοῦ * πρὶν στερέντες. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα;
ὁ μέν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασιν,
ὁ δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος.
τὰ δ' οὐδέν· ἄλλως φροντίδων βουλεύματα,
γλώσσης τε κόμποι. † κεῖνος δ' ὀλβιώτατος,
ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

29 Deus ultor & iniuriarum & ſuperbiæ: quia Paris rapit uxorem Menelao, nec parẽtes improbant id facinus, punitur deinde tota Phrygia uaſtatione.

* Ita corrupta & perverſa eſt hominũ natura, ut nullis quan tumuis magnis aliorum calamitatibus moti, alij exemplum capientes ſuos errores emendent.

† Beatiſsimus ille eſt, qui in uita, in tragica mala non incidit.

30

Κοινὸν δ' ἐξ ἰδίας ἀνοίας
κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ,
ὀλέθριον ἔμολε, συμφορά τ' ἀπ' ἄλλων.

30 Propter unum malum puniuntur ſæpè multi, ut in uerſibus Heſiodi dicitur,

πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ, ὅστις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

31

Γυναῖκες, Ἑκάβη ποῦ ποθ' ἡ παναθλία,
ἡ πάντα νικῶσ' ἄνδρα, καὶ θῆλυν σποράν
κακοῖσιν; οὐδεὶς στέφανον ἀνθαιρήσεται.

31 De fortunæ inconſtantia querela, & de uitæ humanæ calamitoſa miſeria.

32

—— Ἐν κακοῖσι δὲ,
οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα.

32 De malis ſeu aduerſis rebus non poteſt bonum & lætũ afferri nuncium.

33

ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω,
δέσποιν', ὄλωλας, κοὐκέτ' εἶ βλέπουσα φῶς,
ἄπαις, ἄνανδρος, ἄπολις, ἐξεφθαρμένη.

33 De fortunæ inconſtantia: Hecuba, potentiſsima regina, nunc ſeruit turpiter, amiſſo regno, marito & liberis.

34

Ἄπιστ' ἄπιστα, καινὰ καινὰ δέρκομαι·
ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ.
οὐδέποτ' ἀδάκρυτος, ἀστένακτος
ἁμέρα μ' ἐπισχήσει.

34 Nulla calamitas ſola:
—Circumſilit agmine facto
Malorum omne genus.—

35

Ὦ τλῆμον, ὥς σε πολυπονωτάτην βροτῶν
δαίμων ἔθηκεν, ὅστις ἐστί σοι βαρύς.

35 De fortunæ inconſtantia. Fortuna leuis eſt: citò repoſcit quæ dedit: Publius in Mimis.

36

Τολμᾶν ἀνάγκη, κἂν τύχω, κἂν μὴ τύχω.

36 Prouerbiale, de dubitantibus de euentu & ſucceſſu rei. Germanicè, Es mus gevauget ſein.

37

τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη,
αἰῶνα τὸν σύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.

37 Inimicum ulciſci, uitam accipere eſt alteram: Publius in Mimis.

29
O' plurima habens, & pulcherrima, felicißimè liberis
Priame, uetula & ego mater liberorum,
Quàm ad nihilum recidimus, superbia
Pristina felicitate priuati? adhuc tamen tumescimus,
Aliquis nostrûm ditibus in ædibus,
Alius in republica in precio habitus.
Hæc omnia nihil sunt. Incassum curarum consilia sunt,
Linguæq; fastus. Ille porrò fœlicißimus,
Cui in uita contingit nihil mali.

30
Commune nanque ex priuata amentia
Malum Simoenticæ terræ;
Pernicies contigit & calamitas ab alijs.

31
O' mulieres, Hecuba ubi' nam? illa prorsus misera,
Ea quæ omnes uincit uiros, & fœmineum genus,
Malis: nemo coronam ei præripiat.

32
—In malis uerò,
Non facile hominibus bene ominari ore.

33
O' prorsus miserá, & adhuc magis quàm dicam;
Domina, perijsti, non amplius es cernens lumen:
Carens liberis, marito, ciuitate, penitus perdita.

34
Incredibilia incredibilia, noua noua uideo:
Alia ab alijs malis contingunt.
Nunquam absque lachrymis, absque luctu,
Dies me offendet.

35
POstquam Græcorum duces omnes, unà cum classe, reliquoque belli apparatu in Aulidem conuenissent, ut inde pariter ad Troiam euertēdam nauigarent: tanta consecuta est cœli tranquillitas, ut nullis flatibus uentorum esset nauigandi facultas. Quare cum exercitus iam molestè ferret se frustra tempus ibi terere, cōsultis extis Calchas augur respondit: Dianæ Aulidensi immolandam esse Iphigeniam, Agamemnonis filiam: atque ita Græcos fœliciter ad Ilium nauigaturos. Itaq; conuocato exercitu, Agamemnon persuasus à Menelao, patitur fieri decretum ut accersatur puella. Cæterùm quo libentius eam Clytemnestra mater mitteret, priuatim fingunt titulum, quasi Achilli Græcorum principum optimo foret nuptura. Hoc cōmentum soli nouerunt Agamemnon, Menelaus, Calchas atque Vlysses. Atqui misis iam ad uxorem literis, Agamemnon, quum superioris consilij pœniteret, & futuram cædem filiæ ferre non posset, noctu clanculum alias ad uxorem literas scribit, denuncians, ne uirginem mittat in Aulidem: in aliud enim tempus proferendas nuptias. Eas antelucano seni cuidam seruo Argos perferēdas committit, exposito simul earum argumēto. Verùm hunc cum epistola Menelaus, dum & ipse ante lucem puellæ aduentum obseruat, intercipit, & acriter cum fratre de consilij inconstantia expostulat. Interea è comitatu Clytemnestræ præcurrens quidā, Agamemnoni, Menelao præsente, nunciat, adesse in Aulide Iphigeniam unà cum matre, & Oreste infante, neq; eam rem clam esse exercitu. ibi simulatque Menelaus sensit, illis iam non esse integrum filiam remittere: fictè cœpit fratri suadere, ne uirginem sua causa pateretur occidi. Dum hæc inter illos uersantur, interim aduenit Clytemnestra cum filia: multisq; modis exagitantur patris affectus, dum consilium de iugulanda filia studet celare. Qua de re cum consulturus Calchantem abijsset, interea accessit Achilles, expostulaturus cum Agamemnone: salutaturque à Clytemnestra, tanquam futurus gener. Achilles ignarus demiratur. Ibi seruus, senex ille, cui literæ secundæ fuerant commissæ, rem profert, proditq; consilium regis. Indignatus Achilles, quòd ad cædem uirginis suo nomine essent abusi, in concilio deinde defendit eam,

Iphigenia filia Agamemnonis immolanda Dianæ.

Iphigenia accersitur in Aulidē, nuptura Achilli Græcorum principi.

Agamemnonem pœnitet consilij de mactanda filia.

Menelaus expostulat cum fratre Agamemnone, de cōsilij inconstantia.

Nunciatur Agamemnoni, adesse in Aulide Iphigeniam.

Menelaus fictè suadet Agamemnoni, ne patiatur mactari Iphigeniam.

Achilles expostulat cum Agamemnone.

Achilles defendit Iphigeniam, ne mactetur.

dit eam, ne mactetur: sed uincitur suffragijs. Itaque cum res ad summum tumultum spectare uideretur, reliquo exercitu postulante puellam, contrà Achille cum uniuersis depugnare parato, ipsa ultrò mutata sententia suadet matri, satius esse speciosam oppetere mortem, quàm ob suam unius uitam aut tot principes in certaminis periculũ uocari, aut rem tantam omitti. Ducta igitur ad aram deæ, ipsa quidem sublata est in Tauricam regionem: at eius loco cerua supposita est. Sacro peracto, nauigant Græci.

Iphigenia prompta est ad mortem pro salute Græciæ.

Pro Iphigenia mactanda, cerua supponitur.

ARGVMENTVM ALIVD, DESVMPTVM *ex uera historia belli Troiani, Lib. primi Dictys Cretensis.*

OMnium autem clasſium numerus, quem ex diuerſis Græciæ regnis contractum ſuprà expoſuimus, toto quinquennio inſtructus, præparatusque eſt. Ita quum nulla iam res profectionem niſi abſentia militis retardaret, cuncti duces ueluti ſigno dato, uno atque eodem tempore Aulidem confluũt. Interim in ipſa nauigandi feſtinatione Agamemnõ, quem à cunctis regem omnium declaratũ ſuprà docuimus, longius paulo ab exercitu progreſſus, fortè conſpicit circa lucum Dianæ paſcentem capream: imprudensq́; religionis quę in eo loco erat, iaculo transfigit. Neq; multo pòſt ira Dianæ, ob mutationem aeris corporib. pertentatis lues inuadit: atq; interim in dies magis magisq́; ſæuiens, multa millia fatigare, & promiſcuè pecora atq; exercitum grauari. Prorſus nullus funeri modus, neq; requies: uti quidq; malo obuium fuerat, uaſtabatur. Quibus rebus ſollicitis ducib. mulier quædã deo plena Dianæ iram fatur. Eam nanq; ob necẽ capreæ, qua maximè lætabatur, ſacrilegij pœnas ab exercitu expetere: nec leniri, priuſquam autor tanti ſceleris filiam natu maximam uicariam uictimam immolaſſet. Quæ uox ut ad exercitum uenit, omnes duces Agamemnonem adeunt. eum quippe primò orare, recuſantemq́; ad poſtremùm cogere, uti malo obuiam properaret. Sed ubi obſtinatè renuere uident, nec ulla ui queunt flectere, plurimis conuicijs inſecuti, ad poſtremũ regio honore ſpoliauere: ac ne tanta uis exercitus ſine rectore profuſius ac ſine more militiæ uagaretur, præficiunt ante omnes Palamedem: dein Diomedem, & Aiacẽ Telamoniũ: quartum Idomeneum. Ita per æquationem numeri atq; partium, quadripartitur exercitus: neque interim ullus finis uaſtitatis.

Græci conueniunt in Aulide, profecturi ad Troiam.

Agamemnon iaculo transfigit ceruã Dianæ in Aulide.

Græci affligũtur peſte, propter interfectã ceruam Dianæ.

Agamemnon, cum nollet dare filiam ſuã Iphigeniam, uictimã pro ſalute exercitus, ſpoliatur à Græcis regio honore.

Palomedes, Diomedes, Aiax & Idomeneus, duces exercitus cõſtituuntur, pro Agamemnone.

Tum Vlyſſes ſimulata ex peruicacia Agamemnonis iracũdia, ob id domum demigrationem confirmans, magnum atq; inſperabile cunctis remedium excogitauit. Profectus nanque Mycenas, nullo conſilij participe, falſas literas tanquam ab Agamemnone ad Clytemneſtram perfert, quarum ſententia hæc erat: Iphigeniam (nam ea maior natu erat) deſponſam Achilli: eumq́ue non prius ad Troiam profecturum, quàm promiſsi fides impleretur, ob quæ feſtinaret, eamq́ue & quæ nuptijs uſui eſſent maturè mitteret. Præterea multa pro negocio, ementito argumento locutus, fidem fecerat. Quæ ubi accepit

Vlyſſes fictis literis Mycenas profectus, adducit in Aulidem Iphigeniã, nupturã Achilli, Græcorũ præſtantiſsimo.

accepit Clytemnestra, tum propter gratiam Helenæ, tum maximè quòd tam celeberrimi nominis uiro filia traderetur, læta, Iphigeniam Vlysſi committit. Isq́; confecto negocio, paucis diebus ad exercitum reuertitur, atque ex improuiſo in luco Dianæ cum uirgine conſpicitur.

Quibus cognitis, Agamemnon affectione paternæ pietatis motus, ne tam illicito immolationis ſceleri intereſſet, fugam parat: eumq́;, re cognita, Neſtor longam orationem exorſus, ad poſtremum in ſuadendi genere, quo præter cæteros Græciæ uiros iucūdus acceptusq́; erat, à propoſito cohibuit. Interim uirginem Vlyſſes & Menelaus cum Calchante (quibus id negocium datum erat) remotis procul omnibus, ſacrificio adornant: quum ecce dies fœdari, & cœlum nubilo tegi cœpit: dein repentè tonitrua, coruſcationes, fulmina, & præterea terræ marisq́; ingens motus, atque ad poſtremum confuſione aeris ereptum lumen: neque multo pòſt imbrium atque grandinis uis magna præcipitata. inter quæ tam tetra, nulla requies tempeſtatis. Menelaus cum his qui ſacrificium curabant, metu atque hæſitatione in diuerſa agebatur. terreri quippe primò ſubita cœli permutatione, idq́; ſignum diuinum credere. dein, ne cœptum omitteret, detrimento militum commoueri. Igitur inter tantam animi dubitationem, uox quædam luco emiſſa, aſpernari numen ſacrificij genus, & ob id abſtinendum à corpore uirginis: miſereri nanque eius deam: cæterùm pro tanto facinore, ſatis pœnarum Agamemnoni à coniuge eius poſt Troianam uictoriam comparatum: itaque curarent, id quod in uicem uirginis oblatum animaduerterent, immolare. Deinde cœpere uenti atque fulmina, aliaq́; quæ in magno cœli motu oriri ſolent, conſeneſcere.

Neſtor Græcorum eloquentiſſimus: τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης γλύκιον μέλιτος ῥέεν αὐδὴ, ut eſt apud Homerum.

Tempeſtas exorta horrenda, cū Iphigenia ſacrificio adornaretur.

Vox è luco emiſſa clamat, aſpernari deos uictimā humanam.

Agamemnon è Troia domū reuerſus, interficiendus à coniuge, in pœnam interfectæ ceruæ Dianæ.

Sed dum hęc in luco aguntur, Achilles literas ſeorſum miſſas ſibi à Clytemneſtra, cum auri magno pondere accipit: in quibus ei filiam, atque omnem domum ſuam commendauerat. Quas poſtquàm perlegerat, & Vlyſsis conſilium patefactum eſt, omiſsis omnib. properè ad lucum pergit Achilles, magna uoce Menelaum, & qui cum eo erant inclamans, ab inquietudine Iphigeniæ cohiberent ſeſe: comminatus perniciem omnibus, niſi paruiſſent. Mox attonitis his atque ſtupefactis, ipſe ſuperuenit, reformatoq́; iam die uirginē abſtrahit. Interim deliberantibus cunctis, quid'nam & ubi eſſet quod immolari iuberetur, cerua forma corporis admiranda ante ipſam aram intrepida conſiſtit. Eam prædictā hoſtiam rati, ob-

Achilles accepit literas à Clytemneſtra, cū magno auri pondere.

Achilles per uim Iphigeniam ab ara abſtrahit.

Abrepta Iphigenia, ultrò adeſt cerua ante arā intrepida conſiſtens.

Pestis cessat, peracto sacrificio.

latamq; diuinitùs, comprehendêre: moxque immolant. Quibus peractis, sedata lues, instarque æstiui temporis cœlum reseratum est.

Iphigenia Scytharum regi cōmendatur. Inde sumptum est argumentum tragœdiæ Euripidis, quæ inscribitur Iphigenia in Tauris.

Agamemnon denuò summus dux exercitus constituitur.

Cæterùm uirginem Achilles, atque hi qui sacrificio præfuere, clam omnibus regi Scytharum, qui eo tempore aderat, commendauere. At ubi duces sedatā uim mali animaduertêre, uentorumque flatus nauigandi prosperos, atque æstiuam maris faciem, omnes læti Agamemnonē adeunt. Eūq; interitu filiæ permœstum consolati, honorem regni rursum concelebrant. Quæ res pergrata atque accepta per exercitum fuit. Eum quippe optimū esse consultorem suū, quem non secus quàm parentem miles omnis percolebat. Sed Agamemnon, siue eorum quæ præcesserant satis prudens, siue humanarum rerum necessitatem animo reputans, ob id aduersus infortunia firmissimus, dissimulato quod ei acciderat, honorem suscipit, atque eo die duces omnes in conuiuium ad se deducit.

Græci ex Aulide nauigant ad Troiam.

Dein haud multis pòst diebus, exercitus ordinatus per duces, quum opportunum iam tempus nauigādi ingrueret, ascendit naues, repletas multis preciosissimis rebus, quæ ab incolis regionis eius offerebantur. * Cæterùm frumenta, uinum, aliaq; sibi necessaria, Anius & eius filiæ præbuere, quæ œnotropæ & diuinæ religionis antistites memorabantur. Hoc modo ex Aulide nauigatum est.

** Anius instruit uiatico Græcos, proficiscētes ad Troiam. de hoc Anio, & filiab. eiusdem (quas Oenotropas uocat Lycophron, quòd habuerint potestatem producendi uinum, oleum & frumenta, quandocunque uoluerint) mira dicuntur apud Lycophronem, antiquissimum poetam, fabularum Græcarum Oceanum. Eum nos Græcolatinum, Commentarijs quoq; nostris illustratum, dabimus adolescentibus.*

PERSO-

PERSONAE *Fabulæ.*

Agamemnon, maritus Clytemnestræ.

Senex, seruus Agamemnonis, unà ad Troiam proficiscens.

Chorus.

Menelaus, maritus Helenæ.

Clytemnestra, uxor Agamemnonis, mater Iphigeniæ.

Iphigenia, quæ mactatur.

Achilles, filius Pelei, formosissimus & fortissimus Græcorum.

Famulus, senex est idem: & nunciat Clytemnestræ esse mactandam Iphigeniam, pro salute exercitus, & fœlici ad Troiam nauigatione.

Nuncius, est senex idem, nuncians Clytemnestræ, quomodo se gesserit Iphigenia, dum abduceretur uictima ad lucum Dianæ: quid item acciderit circa eius immolationem.

ΕΚ ΤΗΣ

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩ- ΔΙΑΣ ΤΟΥ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ, ΗΝ καλεῖται ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ἐν Αὐλίδι.

1 Plus est sollicitus, magis beatus.

1



Ζηλῶ σε γέρον·
Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν, ὃς ἀκίνδυνον
βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεής·
τοὺς δ' ἐν τιμαῖς, ἧσσον ζηλῶ.

2 Honos magnorum, splendida quædam miseria.

2

Πρεσ. Καὶ μὴν τὸ καλόν γ' ἐνταῦθα βίου.
Αγ. τοῦτο δέ γ' ἐστὶ τὸ καλὸν, σφαλερόν.
καὶ τὸ φιλότιμον,
γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον.
τότε * μὲν, τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέν-
τ' ἀνέτρεψε βίον·
τότε δ' ἀνθρώπων γνῶμαι πολλαὶ,
καὶ δυσάρεστοι διέκναισαν.

* Quandoque Deus perdit homines: quandoq; etiam sua stultitia, mala sibi accersunt: quemadmodum apud Homerum de socijs Vlyssis dicitur.

† Vbi mel, ibi fel: ubi uber, ibi tuber, ut dicitur: nemo in perpetua felicitate uitã exegit. Αμώμητον γὰρ οὐδὲν ἔγφυτο βροτοῖς, ut à Simonide lyrico uerè dictum est. Intercedit enim quæpiam his cognatio, uitæ ac dolori: ut dixit Menander Comicus, referente id Plutarcho.

a Deorum decretum est, ut in uita, læta temperentur tristibus.

3

Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέος.
† οὐκ ἐπὶ πᾶσί σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.
δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι·
θνητὸς γὰρ ἔφυς, κἂν μὴ σὺ θέλῃς.
τὰ a θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.

4 Nemo hominum uiuit sine dolore, curis & mœrore.

4

Θνητῶν δ' ὄλβιος ἐς τέλος οὐδείς,
οὐδ' εὐδαίμων·
οὔπω γὰρ ἔφυ τις ἄλυπος.

5 Gloriosum est seruis, pro heris suis mori.

5

Ἀλλ' εὐκλεές τοι δεσποτῶν θνήσκειν ὕπερ.

6 In hominem inconstantẽ, qui aliud stans, aliud sedens & sentit & loquitur.

6

Πλάγια γὰρ φρονεῖς· τὰ μὲν νῦν,
τὰ δὲ πάλαι, τὰ δ' αὐτίκα.

7 Lingua iactabunda, quæ docta uideri cupit, inuidiæ obnoxium malum est.

7

Πονηρὸν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή.

8 Νοῦς

EX TRAGOEDIA EVRIPIDIS, QVAE VOcatur IPHIGENIA in Aulide.

1

BEatum te iudico, ô senex:
Beatũ iudico, uirorũ quicũq; nõ periculo
Vitam transegit ignotus, inglorius. (sam
Eos uerò qui in honore uersantur, minus
beatos iudico.

1 Agamemnonis, ducis exercitus Græcorũ, ideoq; multis curis onerati, ad senem seruum suum.

2

Se. Atqui decus est ibi uitæ.
Ag. Istud uerò est decus lubricum.
Et ipse honor
Dulcis quidem, tristificat uerò additus.
Interdum quidem res deorum non rectè peractæ,
Subuerterunt uitam.
Interdum uerò hominum sententiæ uariæ,
Et quibus satisfieri non potest, molestæ sunt.

2 Senis ad Agamemnonem: Magni uiri in honore habentur. respondit Agamemnon: Iste honos lubricum quiddam est, & cum multis molestijs cõiunctum.

3

Non laudo hæc in uiro principe.
Non ad omnia te genuit bona,
O' Agamemnon, Atreus.
Oportet uerò te gaudere & tristari:
Mortalis enim es, etsi tu nolis.
Deorum sic decreta erunt.

3 Eiusdem senis, ad Agamemnonem.

4

Mortalium uerò beatus ad finem nemo,
Neque fœlix.
Nondum enim aliquis natus est absque dolore.

4 Agamemnonis ad seipsum, colluctantis cum dolore maximo, quòd promisit filiam Iphigeniam Dianæ uictimam, pro Græcorum salute.

5

Sedenim gloriosum, pro heris mori.

5 Senis ad Menelaum, aperientem per uim literas Agamemnonis: quas alteras, cum Agamemnonem consilij pœnituisset, ad Clytemnestram ipse senex ferebat, ne ueniret cum filia in Aulidem.

6

Diuersa enim sentis, alia quidem nunc,
Alia dudum, alia mox.

6 Menelai, obijcientis fratri Agamemnoni inconstantiam, nolenti ut filia mactetur, quã tamen primò exercitui promisit.

7

Malum lingua ingens docta.

7 Agamemnonis, taxantis iactantiam fratris Menelai.

8 Homo inconstans, res est inutilis & incerta amicis.

8

Νοῦς δ᾽ ἔγ᾽ οὐ βέβαιος, ἄδικον κτῆμα, κοὐ σαφὲς φίλοις.

9 Qui ambiunt honores, seu opus habent alicuius opera, submissi, nihil non faciunt & pollicentur: assequuti autem quod uoluerunt, elati, mores mutant.

a Honores mutant mores semper in deteriores.

b Non decet amicum, magnum effectum, commutatis morib. negligere amicos: sed tunc maximè amicum esse, cùm iuuare potest, auctus scilicet opibus & potentia.

9

Οἶσθ᾽ ὅτ᾽ ἐσπούδαζες ἄρχειν Δαναΐδαις πρὸς Ἴλιον,
τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βούλεσθαι θέλων;
ὡς ταπεινὸς ἦς, ἁπάσης δεξιᾶς προσθιγγάνων,
καὶ θύρας ἔχων ἀκλήστους τῷ θέλοντι δημοτῶν,
καὶ διδοὺς πρόσρησιν ἑξῆς πᾶσι, κεἰ μή τις θέλοι,
τοῖς τρόποις ζητῶν πρίασθαι τὸ φιλότιμον ἐκ μέσου;
a κᾆτ᾽ ἐπεὶ κατέσχες ἀρχάς, μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους,
τοῖς φίλοισιν οὐκέτ᾽ ἦσθα τοῖς πρὶν, ὡς πρόσθεν, φίλος,
δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλείθρων σπάνιος; (λθ,
b Ἄνδρα δ᾽ οὐ χρεὼν
τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα,
τοὺς τρόπους μεθιστάναι·
ἀλλὰ καὶ βέβαιον εἶναι τότε μάλιστα τοῖς φίλοις,
ἡνίκ᾽ ὠφελεῖν μάλιστα δυνατός ἐστιν εὐτυχῶν.

10 Omnes affectamus magnos honores, & munera ampla: nescientes quantum nobis onus imponamus, cum τὰ μεγάλα καὶ μεγάλα πάσχει κακά.

10

Μυρίοι δέ τοι πεπόνθασ᾽ αὐτό, πρὸς τὰ πράγματα·
ἐκπονοῦσ᾽ ἔχοντες, εἶτα δ᾽ ἐξεχώρησαν κακῶς.
τὰ μὲν ὑπὸ γνώμας πολιτῶν ἀσυνέτου, τὰ δ᾽ ἐνδίκως
ἀδύνατοι γεγῶτες αὐτοὶ διαφυλάξασθαι πόλιν.

11 Non genus, non amicitia: sed uirtus, prudentia atq; industria, in creando rege consideranda.

12 Fratrum inter se iræ sunt acerbissimæ, χαλεποὶ πόλεμοι ἀδελφῶν. καὶ, οἱ τὸ πέρα στέρξαντες, οἱ δὲ καὶ πέρα μισοῦσιν: Plato lib. 7. Politicorum.

13 Vir turpis nihil curat uerecundiam.

14 Mali uiri uoluptates malæ.

15 Peccata admissa comitatur dolor, & morsus conscientiæ, crudelissimus carnifex.

16 Etiamsi alij malè faciant, tamen quisq; pro se quod rectum est facere debet: cum impudens oratio etiam Ethnicis sit, dicere, sic factum esse.

11

Μηδέν᾽ αὖ χρέους ἕκατι προστάτην θείμην χθονός,
μηδ᾽ ὅπλων ἄρχοντα· νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν
πόλεως, ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἢν ἔχων τύχῃ.

12

Δεινὸν, κασιγνήτοισι γίνεσθαι λόγους,
μάχας θ᾽, ὅταν ποτ᾽ ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν.

13

Ἀνὴρ γὰρ αἰσχρὸς, αἰδεῖσθ᾽ οὐ φιλεῖ.

14

Πονηροῦ φωτὸς ἡδοναὶ κακαί.

15

Ἐμὲ δὲ συντήκουσι νύκτες, ἡμέραι τε δακρύοις,
ἄνομα δρῶντα, κοὐ δίκαια παῖδας, οὓς ἐγεινάμην.

16

Ταῦτα σοὶ βραχέα λέλεκται, καὶ σαφῆ, καὶ ῥᾴδια·

εἰ δὲ

8

Quin mens instabilis iniqua res est, & non certa amicis.

9

Meministi, quando studebas imperare Græcis ad Ilium,
Existimatione quidē non cupiens, uoluntate uerò uolens:
Quàm submissus eras, quamlibet dexteram præhensans,
Et fores habens patentes uolenti ex popularibus, (luisset:
Et exhibēs alloquēdi facultatē ordine omnib. et si quis no
Istis moribus quærens emere ipsum honorem ex medio?
Et deinde ubi nactus es imperiū, cōmutatus in alios mores,
Amicis non amplius fuisti prioribus, ut antea, amicus:
Aditu difficilis, intráq; claustra rarus apparens.
Virum uerò non conuenit
Probum, auctum rebus magnis,
Mores commutare:
Verùm uel stabilem esse tunc maximè amicis,
Quando iuuare maximè potis est, in fœlicitate existens.

10

Plurimi certè patiuntur idem, in capessendis negocijs:
Elaborant ut habeant, deinde loco cedunt turpiter:
Partim propter iudicium ciuium imprudens, partim iure
Impoßibiles facti cum sint ipsi ad conseruandā ciuitatem.

11

Nullū utiq; neceßitudinis gratia imperatorē crearim ter- (ræ,
Neq; armorū principē. mentē cōuenit præfectū habere
Ciuitatis, quoniā ad munia imperatoria idoneus uir quis,

12 (prudētiā si habuerit.

Res grauis, fratribus fieri sermones,
Et pugnas, quādo inciderint in contentionem.

13

Vir enim turpis, uerecundia moueri non solet.

14

Mali uiri uoluptates malæ.

15

Me uerò contabescere facient noctes diésq; lachrymis,
Iniusta patrantem, & non æqua, in liberos quos genui.

16

Hæc tibi dicta sint breuiter, & manifestè, & liberè.

8 Menelai, damnantis inconstantiam Agamemnonis.

9 Menelai, obijcientis fratri Agamemnoni mutatos mores, propter imperij honores.

10 Menelai, inuehentis acriter in Agamemnonem: Non fuit tibi capessendū imperiū, cum intelligeres te ei oneri ferendo esse imparem.

11 Menelai, de Agamemnone. Rex creandus est non frater, aut alius quispiā amicus, nesciens imperare: sed sapientia & industria præditus militari, etiā obscuro loco natus.

12 Chori, de fratribus Menelao & Agamemnone contendentibus.

13 Agamemnonis, de Menelai impudentia.

14 Agamemnonis ad Menelaū, de abducta Helena: Si melius instituisses tuam uxorem Helenam, nec habenas laxasses longius, nunquam secuta fuisset adulterum Paridem.

15 Agamemnonis ad Menelaum: Non impiè faciam, propter tuam adulteram necando meam filiam.

16 Eiusdem ad eundem: Etiamsi tu negligas iusta, tamen ego quæ pia sunt exequar.

εἰ δὲ μὴ βούλει φρονεῖν εὖ, τἄμ' ἐγὼ θήσω καλῶς.

17

Συσσωφρονεῖν σοι βούλομ' ἀλλ' οὐ συννοσεῖν.

18

Ἐς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους.

19

—— οἱ δ' εὐδαίμονες
ἐν πᾶσι κλεινοί, καὶ περίβλεπτοι βροτοῖς.

20

Ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον;
καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
a ἄνολβά τ' εἰπεῖν. τὸ δὲ γενναῖον φύσιν,
b ἅπαντα ταῦτα. προστάτην γε τοῦ βίου
τὸν δῆμον ἔχομεν, τῷ τ' ὄχλῳ δουλεύομεν.

21

Ἀνδρὸς οὐ κακοῦ τρόποι
τοιοίδε, χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεί.

22

Οὔτοι χρὴ λίαν ταρβεῖν ὄχλον.

23

Τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον, κακόν.

24

Φιλοτιμία μὲν ἐνέχεται, δεινὸν κακόν.

25

Μάκαρες, οἳ μετρίας θεοῦ,
μετά τε σωφροσύνας, μετέσχον
λέκτρων Ἀφροδίτας,
γαλανείᾳ χρησάμενοι,
μαινομένων οἴστρων, ὅθι δὴ
δίδυμ' ἔρως χρυσοκόμας
τόξ' ἐντείνεται χαρίτων·
c τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,
τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.

26

Διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν,
διάτροποι δὲ τρόποις. ὁ δ' ὀρθὸς,
d ἐσθλὸν σαφὲς αἰεί.
e τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι,

μέγα

17 Cum amicis ſtandum, ſed in reb. pijs, honeſtis & licitis. Pericles uſque ad aram eſt amicus: id eſt, ne uioletur religio & pietas.

18 Amicorum cōmunia ſunt omnia, læta & triſtia.

19 Diuites admirari ſolent homines, ijsq; ſapientiã & totam felicitatem tribuere, quẽadmodum ab Horatio dicitur: Ad ſummũ ſapiens uno minor eſt Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, Rex denique regum.

20 Pauperum conditio optima.

a Multa magnis minus, quàm mediocribus.

b Vulgus diligenter obſeruat magnorum uitia, quæ etiã aliàs facilius incurrunt in oculos.

21 Optimis uti & obtemperare conſilijs, boni uiri eſt.

22 Magiſtratus rectè faciens non debet timere ſeu uulgus, ſeu quemcunque.

23 Vates ambitioſi homines.

24 Ambitio graue malum.

25 Felices, quibus nuptiæ bene conſtitutæ ſunt.

c Idem fortè uult per duos arcus Euripides, quod Ouidius per duo Cupidinis telorum genera indicare uoluit in Metamorphoſi.

26 Diuerſæ naturæ, uaria dona & ſtudia.

d Bonum certum, planum & perſpicuum eſt, quemadmodũ à Sophocle rectè dicitur: ἅπαν τὸ χρηστὸν ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν.

e Educatio recta multum poteſt: quemadmodũ apud Platonem & Plutarchum multa in eam ſententiam paſsim dicuntur.

Quòd si tu nō uis sapere rectè, res tamen meas ego statuā (bene.

17

Vnà sapere tecum uolo, sed non unà insanire.

18

Mutuum dolere cum amicis conuenit amicos.

19

—Nam diuites
In omnibus rebus incliti sunt, & spectabiles hominibus.

20

Sed ipsa ignobilitas ut habet aliquid commodum?
Nanque lachrymare ipsis liberum est,
Miseraq; loqui. Sed nobili natura
Omnia hæc (non licent) arbitrum nempe uitæ
Populum habemus, & multitudini seruimus.

21

Viri non improbi mores
Isti sunt, uti optimis semper.

22

Non conuenit nimium timere multitudinem.

23

Vatidicum omne genus, ambitiosum, malum est.

24

Ambitioni quidem obnoxius est, graui malo.

25

Fœlices, qui modestæ deæ,
Et cum castitate adepti sunt,
Lectos Veneris,
Tranquillitate utentes,
Perciti œstris, ubi iam
Geminos amor auricomus
Arcus intenderit Gratiarum:
Hunc quidem ad amabilem sortem,
Alterum ad confusionem uitæ.

26

Sed diuersæ sunt naturæ mortalium,
Diuersi porrò sunt moribus. a Alius uerò rectus est.
Bonum certum semper est.
Et educationes, quæ instituunt,

17 Agamemnonis ad Menelaum: Iuuabo te, sed in rebus honestis & pijs.

18 Menelai ad Agamemnonē.

19 Nuncij uerba sunt, nunciātis Agamemnoni, uenisse Clytemnestram cum filia Iphigenia, & totum exercitum aduolasse ad uisendam filiam.

20 Querela Agamemnonis perturbatissimi, cum se inuito adesset filia, & consilia ipsius spem frustrata essent.

21 Menelai ad Agamemnonem, quem incipit dehortari à consilio immolandæ filiæ, propterea quòd consilium sit impium, & mœrore plenum.

22 Menelai ad Agamemnonem, metuentem exercitum, si non occidat filiam Iphigeniā, quemadmodum primò promisit.

23 Agamemnon de Calchante, dicente posci uictimā Iphigeniam à Diana.

24 Menelaus de Vlysse, ambitioso homine.

25 Chori uerba sunt.

26 Chori, quid possit educatio in utranque partem: occasione sumpta à Paride. Paris, si melioribus præceptis à primis annis sub fidelibus præceptoribus imbutus fuisset, non rapuisset Helenā: sed boues pascens didicit agrestia, pro honestis quæ ipse probasset reputans.

a Id est, dat operam honestati, rectitudini, uirtuti: est tenax propositi.

μέγα φέρουσ' εἰς ἀρετάν.

ª τό, τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία,
ταύτ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει
χάριν. ὑπὸ γνώμας ἐσορᾶν
τὸ ᵇ δέον, ἔνθα δόξαν φέρει,
κλέος ἀγήρατον, βιοτάν,
ᶜ μέγα τι θηρεύειν ἀρετάν,
γυναιξὶ μὲν κατὰ Κύπριν
κρυπτάν· ἐν ἀνδράσι δ' αὖ
κόσμος ἔνδον ὁ μυριοπληθής,
μείζω πόλιν αὔξει.

a Verecundia gratiam conciliat hominibus.

b Decorum, seu facere quod quolibet tempore decet, decus conciliat hominibus.

c Magnum quiddam est seu uirtus, seu uerecundia: quando cùm uiri tum mulieres, qui libet in suo genere eam obseruant.

27

Μεγάλαι μεγάλων εὐδαιμονίαι.

27 De summè beato: quemadmodum apud Theocritum dicitur, ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.

28

Θεοί γ' οἱ † κρέσσους, τ' ὀλβοφόροι
τοῖς οὐκ εὐδαίμοσι τῶν θνατῶν.

28 Dij quia potentes sunt, etiam pauperes diuites facere possunt.

† Pro κρέσσονες, Atticè.

29

Φοβερὸν γάρ, ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν.

29 Per horribile quiddam est ferox equus: apud Theocritum, in ἀδωνιαζούσαις.

30

Πόλλ' ἀνδρὶ βασιλεῖ καὶ στρατηλάτῃ μέλει.

30 Multæ curæ regum.

31

Ζηλῶ σε μᾶλλον ἢ 'μέ, τοῦ μηδὲν φρονεῖν.

31 Mala ignorata leuius serũtur, nec perturbant.

32

Ἀποστολαὶ γὰρ μακάριαι μέν, ἀλλ' ὅμως
δάκνουσι τοὺς τεκόντας, ὅταν ἄλλοις δόμοις
παῖδας παραδιδῷ πολλὰ μοχθήσας πατήρ.

32 Etiamsi filiæ benè & honestè elocentur, tamen disiunctio illa primùm molesta est parentibus.

33

Χρὴ δ' ἐν δόμοισιν ἄνδρα τὸν σοφὸν τρέφειν
γυναῖκα χρηστήν, κἀγαθήν, ἢ μὴ τρέφειν.

33 Vxor bona & proba, ducenda, aut planè abstinendum à nuptijs.

34

Πᾶσιν τόδ' ἐμπέφυκεν αἰδεῖσθαι, φίλους
καινοὺς ὁρῶσι, καὶ γάμου μεμνημένοις.

34 Adolescentes & puellæ rubore suffunduntur, mentione facta de nuptijs. vuan man ihnen von freien saget.

35

* Ἀφῖγμαι δ' ὥσπερ εἰσορᾷς γυνή,
ναυτικὸν στράτευμ' ἄναρχον, κἀπὶ τοῖς κακοῖς θρα-
χρήσιμον δ' ὅταν θέλωσιν. (σύ,

35 Milites turba effrenis, & petulans, & inutilis.

* Præteritũ passiuũ est uerbi ἀφικνοῦμαι.

36

Δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα,

36 Matres uehementius amant liberos, quàm patres. eius causam Athenæus indicat.

πᾶσιν

Magnum momentum ferunt ad uirtutem,
Verecundiam enim ſapienter,
Et alternantem habet
Gratiam, cum iudicio dijudicandi res,
Ipſum decorum † ibi gloriam fert,
Decus nunquam ſeneſcens diuitias.
*Magna quædam res eſt ſectari * uirtutem,*
Mulieribus quidem ſecundum Venerem
Occultam. porrò inter uiros
Decentia intus mille modis aucta,
Ad maius Rempublicam auget.

27

Magnæ magnorum fœlicitates.

28

Dij uerò potentiores ſunt, quiq́; diuitias tribuunt
Non felicibus mortalium.

29

Terribilis enim res eſt, ferox oculus equi.

30

Multæ res regi & imperatori curæ ſunt.

31

Beatam iudico te magis quàm me, quòd nihil intelligas.

32

Dimiſsiones enim laudabiles quidem: ſed tamen
Mordet parentes, quando in aliam familiam
Liberos elocauerit, qui multum laborauit pater.

33

Conuenit uerò domi uirum ſapientem nutrire
Vxorem frugi, & probam, aut non nutrire.

34

Omnibus hoc inſitum eſt, ut pudore capiantur, amicos
Nouos uidentibus, & nuptiarum recordantibus.

35

Veni uerò, ut cernis mulier,
Ad nauticum exercitum effrenem, & ad mala audacem:
Vtilem uerò, cum ipſi uoluerint.

36

Res uehemens eſt párere, & fert amoris uim magnam,
Omnibusq́;

† in uerecundia.

* Vel, ut ſit ἀρὰ τὰρ, hanc utique uerecundiam, ſeu temperantiam.

27 Chorus, beatum prædicans Agamemnonem, quia eſſet dux exercitus, uxorem quoque & liberos haberet honeſtos, perfectus in fœlicitate omni.

28 Chori, admirantis fœlicitatem ſummam Agamemnonis, & ſe conſolantis: Deus eſt, qui pauperes diuites facit.

29 Clytemneſtra è curru deſcendere uolens, iubet retinere equos, ne currũ protrahát, & ſe deſcendentem lædant.

30 Agamemnonis ad Iphigeniam, mirantem quòd pater ſe non amicè exciperet.

31 Agamemnonis ad filiam Iphigeniam, neſcientem ſe nõ ad nuptias, ſed ut uictima fieret, in Aulidem uocatam.

32 Agamemon ad Clytemneſtram uxorem, de filia ſua Iphigenia, quam ſe daturũ uxorem Achilli ſimulabat.

33 Achillis, de Clytemneſtra.

34 Clytemneſtrę ad Achillé, repudiantem nuptias Iphigeniæ, propterea quòd nihil audiuiſſet de Græcorũ conſilio.

35 Famuli ad Clytemneſtrá, de exercitu, populo intractabili atque feroce.

36 Chorus, de Clytemneſtræ στοργῆ erga filiam.

πᾶσίν τε κοινόν, ὥσθ' ὑπερκάμνειν τέκνων.

37

Ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται πρόσω,
ἐπίσταται δὲ κακοῖσί τ' ἀσχαλᾶν,
μετρίως τε χαίρειν τοῖσιν ἐξωγκωμένοις.

37 Viri magni quomodo se gerant in utraque fortuna, iuxta preceptũ scilicet Ausonij: Si fortuna iuuat, caueto tolli: Si fortuna tonat, caueto mergi.

38

Λελογισμένοι γὰρ * οἱ τοιοίδ' εἰσὶ βροτῶν,
ὀρθῶς διαζῆν τὸν βίον γνώμης μέτα.

38 Viri qui in utraq; fortuna rectè & moderatè se gerunt, ij sunt qui uitã sapienter exigũt.

* Id est, considerati homines sunt omnia rectè pendentes, æstimantes & examinãtes.

39

Ἔστιν μὲν οὖν ἵν' ἡδὺ, μὴ λίαν φρονεῖν·
ἔστιν δὲ χὤπου χρήσιμον, γνώμην ἔχειν.
ἐγὼ [a] δ' ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου τραφεὶς
Χείρωνος, ἔμαθον τοὺς τρόπους ἁπλοῦς ἔχειν.
[b] καὶ τοῖς Ἀτρείδαις, ἢν μὲν ἡγῶνται καλῶς,
πεισόμεθ'· ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πεισόμεθα.

39 Nimia sapientia quandoque obest, quandoque etiam prodest.

a Bona educatio hoc efficit, ut libenter pareamus in iustis rebus superioribus.

b Magistratui recta præcipiẽti obtemperandum, in alijs nõ item.

40

Ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνήρ,
ἐγὼ τὸ μηδέν· Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν,
ὡς οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος γεγώς,
εἴπερ φονεύει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει.

40 Nemo ferat, ut sub sui nominis honesto prætextu, quæ non decet, designentur.

41

Τίς δὲ μάντις ἐστ' ἀνήρ,
ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει
τυχών, ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, † διοίχεται.

41 Contra uaticiniorum & oraculorum uanitatem.

† Amittit authoritatem, nõ curatur, er geht dahin.

42

Ἀλλ' ἡσύχαζε· θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι
μέγιστος, οὐκ ὤν, ἀλλ' ὅμως γενήσομαι.

42 Homo homini Deus.

43

Πῶς ἄν σ' ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις,
μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν;
αἰνούμενοι γὰρ οἱ 'γαθοὶ, τρόπον τινὰ
μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν.

43 Nimia laus bonis uiris molesta.

44

Ἀλλ' οὖν ἔχει τι σχῆμα, κἂν ἀποθνήσκῃ,
ἀνὴρ ὁ χρηστὸς, δυστυχοῦντας ὠφελεῖν.

44 Vir bonus rectè facit, etiamsi alienos, sed infelices, adiuuet in calamitate.

45

Βούλει νιν ἱκέτιν σὸν περιπτύξαι γόνυ;
ἀπαρθένευτα μὲν τάδ'. εἰ δέ σοι δοκεῖ,

45 Non conuenit uirginib. abijcere se supplices ad uiri genua.

Omnibusq́; communem, ut laborent pro filijs.

37

Sublimis mihi animus tollitur ultrà:
Nouit tamen & in aſperis triſtari,
Et moderatè gaudere in rebus proſperis.

38

Ratione enim tales utuntur homines,
Vt rectè traducant uitam cum ſapientia.

39

Imò eſt, ubi dulce, non nimium ſapere:
Eſt uerò, ubi utile eſt ſapere.
Sed ego in domo uiri pijſsimi educatus,
† Chironis, didici mores ſimplices habere.
Et ipſis Atridis, ſi imperitauerint rectè,
Parebimus: quando uerò non rectè, non parebimus.

40

Ego peſsimus eſſem ſanè Argiuorum uir,
Ego nihili homo: Menelaus uerò inter uiros,
Tanquam non ex Peleo, ſed ex dæmone natus:
Siquidem inſeruiat ad cædem meum nomen tuo marito.

41

Quis uerò eſt augur:
Qui pauca uera, multa uerò falſa dicat
*Sortitus: ſi uerò non * aſſequitur, labitur.*

42

Verùm quieſce. Deus ego apparui tibi
Maximus, non exiſtens, ſed tamen fiam.

43

Quomodo te collaudauero non nimis uerbis,
Neq; nimis tenuiter, neq; amittam gratiam?
Dum laudantur enim probi, quodammodo
Odio habent laudantes, ſi laudent nimium.

44

Sed tamen habet quendam prætextum, etſi alienus ſit,
Vir bonus, infeliciter agentes ut adiuuet.

45

Vis ipſam ſupplicem tua amplecti genua?
Non conuenunt uirginib. hæc quidẽ: ſed ſi tibi uidetur,

37 Achillis, de ſeipſo, quali ſit animo præditus.

38 Chori, de Achille uiro ſapiente, cum ratione omnia gerente.

39 Achillis uerba ſunt.

† De Chirone centauro, uiro ſapientiſsimo, & rerum naturę peritiſsimo, multorumq́; præſtantium Gręciæ heroum pręceptore, multa diximus in Pindaro, Theocrito, & Apollonio, & Lycophrone, ubi eius crebra fit mentio. Inde ſtudioſi ea ſuo tempore petere poterunt.

40 Achillis, ad Clytemneſtram: Non mactabitur tua filia, à te huc adducta, propter me & nuptias meas, à patre ipſius ſic ſimulatas.

41 Achillis, indignantis Calchanti, qui Dianam uictimam poſcere Iphigeniá affirmauit.

* Scilicet, pauca illa uera, vuen es ihm ein mal gelücket.

42 Achillis, conſolantis Clytemneſtram: Ego defendam tuam filiam, ne mactetur.

43 Clytemneſtræ, gratias agentis Achilli, pro promiſsis magnificis.

44 Clytemneſtrę, de Achillis pietate, ad & ſe filiam iuuandam prompti.

45 Clytemneſtræ, ad Achillem, cui gratias agit iterũ pro promiſsis.

a Oculi uirginum pudici & uerecundi sint.
b Virgines facilè pudore afficiuntur apud uiros.
c Virgines decet esse semper pudibundas, non petulantes & temerarias.

a ἥξει δ' ἴ αἰδοῦς, ὄμμ' ἔχουσ' ἐλεύθερον.
A. μενέτω κατ' οἴκους. b σεμνὰ γὰρ σεμνύνεται.
K. c ὅμως δ' ὅσον γε δυνατὸν, αἰδεῖσθαι χρεών.

46

46 Exercitus ociosi studia, conuicia, uel eius generis studia alia.

Στρατὸς γὰρ ἀθρόος, ἀργὸς ὢν τῶν οἴκοθεν,
λέσχας πονηρὰς καὶ κακοστόμους φιλεῖ.

47

47 Aliorum consilia sæpè faciunt, ut propria abijciamus, mutata sententia.

Ἀλλ' οἱ λόγοι γε καταπαλαίουσιν λόγους.

48

48 Dij bonis benefaciunt.
d De dijs an sint, gẽtes in aduersis dubitare sunt soliti.

Εἰ δ' εἰσὶ θεοὶ, δίκαιος ὢν ἀνὴρ σύγε,
ἐσθλῶν κυρήσεις· d εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ πονεῖν;

49

49 Communis querela nostri temporis, de regnante improbitate, neglecta uirtute, summaq; scelerum licentia.
e Vbi dominantur pro uirtutibus scelera, ibi deorum ira & pœna quoque metuenda est, quòd deus scelerũ uindex sit.

Τὸ μὲν ἄσεπτον ἔχει
δύναμιν, ἁ δ' ἀρετὰ κατόπισθεν
θνατοῖς ἀμελεῖται.
Ἀνομία δὲ νόμων κρατεῖ·
καὶ e κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς,
μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ.

50

50 Verba sunt in summo luctu uersantis, & destituti omni spe.

Φεῦ,
τίν' ἂν λάβοιμι τῶν ἐμῶν ἀρχὴν κακῶν;
ἅπασι γὰρ πρώτοισι χρήσασθαι πάρα,
κἂν ὑστάτοισι, κἂν μέσοισι πανταχοῦ.

51

51 De quibus quis quærit, de ijsdem, & non alijs, plerunque responsum audit.

Σὺ δ' ἤν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότα κλύεις.

52

52 Astus non feliciter procedunt.

Ὁ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων, οὐ τυγχάνει.

53

f Qui tacet, consentire uidetur. Et affectus, dolor & mœror, sæpè sunt proditores animi.

Πάντ' οἶδα, καὶ πέπυσμ', ἃ σύ γε μέλλεις με δρᾶν.
αὐτὸ f δὲ τὸ σιγᾶν, ὁμολογοῦντός ἐστι σου.
καὶ τὸ στενάζειν πολλὰ, μὴ κάμνῃς λέγων.

54

g Agamemnon per uim raptam Clytemnestram uxorem duxit, interfecta priore marito Tantalo.

Ἄκουε δὴ νῦν. ἀνακαλύψω γὰρ λόγους,
κοὐκέτι προῳδοῖς χρησόμεσθ' αἰνίγμασιν.
πρῶτον μὲν, ἵνα σοι πρῶτα τοῦτ' ὀνειδίσω,
g ἔγημες ἄκουσάν με, κἄλαβες βίᾳ,
τὸν πρόσθεν ἄνδρα Τάνταλον κατακτανών·
βρέφος τε τοὐμὸν σῷ προσούισας πάλῳ,

μαστῶν

Aderit cum pudore, oculum habens ingenuum.
A. Maneat domi. pudibunda enim, pudore afficitur.
Cl. Sed tamen quantũ poſsibile eſt, pudore affici cõuenit.

46

Exercitus enim congregatus, ocioſus exiſtens à reb. do-
Fabulas malas & maledicas amat. (meſticis,

46 Achillis ad Clytemneſtrã: Non accidat mihi ad genua, tua filia, quam aliàs ſeruare paratus ſum: propter uulgi & exercitus improbitatẽ, factum hoc calumniaturi.

47

Verùm alij ſermones, expugnant alios ſermones.

47 Achillis ad Clytemneſtrã: Perſuadebimus Agamemnoni, ne mactet filiam, & deſinet me tuere exercitum, meo conſilio confirmatus.

48

Quod ſi ſunt dij, iuſtus exiſtens uir tu
Digna bona aſſequêre. ſi uerò nõ, quid oportet laborare?

48 Clytemneſtræ ad Achillem, bene de ſe & filia merentem.

49

Impietas occupat
Imperium: ipſa uerò uirtus à tergo
Mortalibus negligitur.
Licentia uerò legibus dominatur:
Et commune periculum eſt hominibus,
Ne qua deorum ira ingruat.

49 Verba ſunt Chori: querela de neglecta iuſticia, pro qua dominarur ſumma licentia.

50

Eheu,
Quod'nam capiam meorum initium malorum?
Omnibus enim primis uti adeſt,
Et nouiſsimis, & medijs ubique.

50 Querela Iphigeniæ, poſtquã audiuit ſe deſtinatam uictimam Dianæ.

51

Tu uerò ſi interrogas ea quæ cõueniũt, cõuenietia audies.

51 Agamemnonis ad Clytemneſtram, interrogantem an ſit interfecturus filiam.

52

Aſtus certè ipſe aſtutiam continens, ſucceſſum nõ habet.

52 Clytemneſtræ ad Agamemnonem: Tua cõſilia quæ nos celare uoluiſti, nobis prodita ſunt.

53

Omnia noui, & audiui, quæ tu facturus es in me.
Sed ipſum ſilentium, eſt confitentis tui:
Et ingemiſcere crebrò, ne labores loquendo.

53 Clytemneſtrę ad eundem.

54

Audi iam nunc: retegam enim ſermones,
Neq; amplius alludentibus utemur ænigmatis.
Primùm quidem, ut tibi primum hoc exprobrem,
Duxiſti inuitam me, & rapuiſti per uim,
Priorem uirum Tantalum interficiens:
Infantemq; meum tuæ uendicaſti ſorti,

54 Clytemneſtræ, exprobrãtis Agamemnoni fidem coniugalem: & qualis erga ipſum ſemper fuerit exponit: & porrò rogat, ne mactet filiam.

μαστῶν βιαίως τῶν ἐμῶν ἀποσπάσας.
a καὶ τὼ Διός σε παῖδ', ἐμώ τε συγγόνω,
ἵπποισι μαρμαίροντ', ἐπεστρατευσάτην.
πατὴρ δὲ πρέσβυς Τυνδάρεώς σ' ἐρρύσατο,
ἱκέτην γενόμενον, τἀμὰ δ' ἔσχες αὖ λέχη.
b οὗ σοι καταλλαχθεῖσα, περί σε καὶ δόμους
συμμαρτυρήσεις ὡς ἄμεμπτος ἦν γυνή,
ἔς τ' Ἀφροδίτην σωφρονοῦσα, καὶ τὸ σὸν
μέλαθρον αὔξουσ', ὥστ' εἰσιόντα τε
χαίρειν, θύραζέ τ' ἐξιόντ' εὐδαιμονεῖν.
c Σπάνιον δὲ θήρευμ' ἀνδρί, τοιαύτην λαβεῖν "
δάμαρτα, φλαύραν δ' οὐ σπάνις γυναῖκ' ἔχειν. "
τίκτω δ' ἐπὶ τρισὶ παρθένοισι, παῖδά σοι
τόνδ'· ὧν μιᾶς σὺ τλημόνως μ' ἀποστερεῖς.
κἄν τίς σ' ἔρηται, τίνος ἕκατι νιν κτενεῖς;
λέξον, τί φήσεις; ἢ 'μὲ χρὴ λέγειν τὰ σά;
d Ἑλένην Μενέλαος ἵνα λάβῃ. καλὸν γένος
κακῆς γυναικὸς, μισθὸν ἀποτῖσαι τέκνα·
τ' ἀχθεῖσα, τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα.
e ἄγ', ἢν στρατεύσῃ, καταλιπών μ' ἐν δώμασιν,
κἀκεῖ γενήσῃ διὰ μακρᾶς ἀπουσίας,
τίν' ἐν δόμοις με καρδίαν ἕξειν δοκεῖς,
ὅταν θρόνους τῆσδ' εἰσίδω πάντας κενούς,
κενοὺς δὲ παρθενῶνας. ἐπὶ δὲ δακρύοις
μόνη κάθημαι, τήνδε θρηνῳδοῦσ' ἀεί·
ἀπώλεσέν σ' ὦ τέκνον, ὁ φυτεύσας πατὴρ
αὐτὸς κτανὼν, οὐκ ἄλλος, οὐδ' ἄλλῃ χερί,
τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους;
f ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον,
ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι,
δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών.
g μὴ δῆτα πρὸς θεῶν, μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ
κακὴν γενέσθαι περὶ σέ, μήτ' αὐτὸς γένῃ.
ἐγν,
h θύσεις δὲ τὴν παῖδ', ἔνθα τίνας εὐχὰς ἐρεῖς;
τί σοι κατεύξῃ τἀγαθὸν, σφάζων τέκνον;
i νόστον πονηρὸν, οἴκοθέν γ' αἰσχρῶς ἰών.
ἀλλ' ἐμὲ δίκαιον, ἀγαθὸν εὔχεσθαί τι σοί.

a Dioscuri, Castor & Pollux, bellum inferunt Agamemnoni.

b Honestæ & piæ coniugis descriptio.

c Bona uxor, prẹda difficilis inuentu: malam uerò ubique facilè inuenias.

d Innocentes nō portabunt iniquitatem nocentum.

e Mater occisa filia, absente deinde quoq; marito, qui fuit causa necis filiæ, quocunq; aspiciat, lachrymas solas inueniet.

f Maritus domum rediens, malè meritus de uxore & liberis, non amicè excipitur.

g Maritus hoc efficere debet, ne det occasionem uxori iniquè agendi.

h Hostiæ humanæ, mactationes liberorum, nō possunt placere Deo.

i Malè è domo profectus, malè quoque reuertitur.

οὔτ' ἄρ'

A' mammis per uim meis auellens.
(Tibi) Iouis filij, meiq; germani fratres,
Equis incliti, bellum intulerunt.
Pater uerò senex Tyndareus te liberauit,
Supplicem factum: meum obtinuisti tum coniugium.
Vbi tibi reconciliata, circa te & domum,
Ipse testaberis quàm inculpata fuerim mulier:
In Venerem uerò modesta, & tuam
Rem familiarem augens, ut siue ingredereris
Gauderes, forasq; egrediens beatus esses.
Rarus est captus uiro, huiusmodi nancisci "
Vxorem: malam uerò non rarum est uxorē habere. "
* Pario uerò suprà tres filias, filium tibi
Hunc: quarum una tu miserabiliter me priuas.
Et si quis te roget, cuius rei gratia ipsam interficies?
Dic, qd dicturus esses? an cōuenit me dicere ea quæ tu de-
Helenam Menelaus ut recipiat. pulchrum genus (beres?
Improbæ mulieris, mercedem ut persoluant liberi:
Et ea quæ sunt inuisa, cum ijs quæ charissima, redimemus.
Age, si militabis, relinquens me domi,
Et illic futurus es diutina absentia,
Quid cordis domi me habituram existimas,
Quando sedes huius aspiciam omnes uacuas,
Vacua uerò uirginum conclauia? in lachrymis uerò
Sola sedeo, hanc lamentans usque:
Interemit te, ô filia, ipse qui genuit pater,
Ipse interficiens, non alius, neque alia manu,
Huiusmodi præmium relinquens erga familiam?
Quoniam leui occasione opus fuerit tantum,
Qua ego & superstites filiæ te
Excipiemus exceptione, qua te excipi dignum est.
Ne quæso fiat per deos, neque cogas me
Malam fieri in te, neque tu ipse fias.
Esto,
Immolabis uerò filiam, ibi quæ uota dices?
Quid tibi imprecaberis boni, mactans filiam?
Reditum malum, è domo turpiter profectus.
Verùm me, iustum, bonum tibi precari aliquid?

* Tres filiæ Agamemnonis, unus filius Orestes.

οὔτ' ἄρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν,
εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὖ φρονήσομεν.
a ἥκων δ' ἐς Ἄργος, προσπεσεῖ τέκνοισι σοῖς;
ἀλλ' οὐ θέμις σοι. τίς δὲ καὶ προσβλέψεται
b παίδων σ', ἵν' αὐτῶν προθέμενος κτάνῃς τινά;
ταῦτ' c ἦλθον ἤδη διὰ λόγων. ἢ σκῆπτρά σοι
μόνον διαφέρειν, καὶ στρατηλατεῖν σε δεῖ,
ὃν χρῆν δίκαιον λόγον ἐν Ἀργείοις λέγειν·
βούλεσθ' Ἀχαιοὶ πλεῖν Φρυγῶν ἐπὶ χθόνα;
κλῆρον τίθεσθε, παῖδ' ὅτου θανεῖν χρεών·
ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν τόδ'· ἀλλὰ μή σ' ἐξαίρετον,
σφάγιον παρασχεῖν Δαναΐδαισι παῖδα σήν.
ἢ d Μενέλεων, πρὸς μητρὸς Ἑρμιόνην κτανεῖν,
οὗπερ τὸ πρᾶγμ' ἦν. νῦν δ' ἐγὼ μὲν, ἡ τὸ σὸν
σώζουσα λέκτρον, παιδὸς ὑστερήσομαι·
ἡ δ' ἐξαμαρτοῦσ' ὑπόστροφον νεάνιδα
Σπάρτῃ κομίζουσ', εὐτυχὴς γενήσεται.
τούτων, ἄμειψαί μ', εἴ τι μὴ καλῶς λέγω.
e εἰ δ' εὖ λέλεκται νῷι, μὴ δή γε κτάνῃς
τὴν σήν τε κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσῃ.

a Non est honestum, accidere patrem ad genua liberorũ, etiamsi eos offenderit.
b Liberi oderunt parentem tyrannicum, & inhumaniter immeritos & immisericorditer innocentes tractantem.
c Boni magistratus est, iustè semper agere, & iusta apud populum quoque consulere.
d Quisque luat sua delicta. Menelai uxor Helena, mater Hermiones, deliquit: ergo mactetur pro salute Græciæ, Hermione, non mea filia Iphigenia: inquit Clytemnestra.
e Rectè monitis acquiescendum.

55

Τὸ γάρ τοι τέκνα συσσώζειν, καλόν
Ἀγάμεμνον· οὐδεὶς πρὸς τάδ' ἀντείποι βροτῶν.

55 Liberos suos in uita seruare, denique ab aduersis defendere, honestum est apud omnes mortales.

56

Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον,
πείθειν ἐπᾴδουσ', ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας,
Κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην,
ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον. νῦν δὲ τἀπ' ἐμοῦ σοφὰ
δάκρυα παρέξω· * ταῦτα γὰρ δυναίμεθα,
ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν,
τὸ σῶμα τοὐμόν, ὅπερ ἔτικτεν ἥδε σοι·
μή f μ' ἀπολέσῃς ἄωρον. Ἡδὺ γάρ, τὸ φῶς
βλέπειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆς, μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς.
πρώτη g σ' ἐκάλεσα πατέρα. καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ.
πρώτη δὲ γόνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ' ἐμόν,

56 Orpheus fertur cithara mouisse saxa & arbores. Apud Apollonium Argonautæ ad sonum citharæ eius remos ducunt, & pisces marini nauim Argo suauitate citharæ deliniti sequuntur. Cithara quoque, ibidem dissidentes heroes ab Orpheo componuntur. Orphei multi ueterum meminerunt, & nos multa de eodem in Pindaro diximus.
* Miseri omni spe destituti, preter lachrymas nihil habent residuum.
f Viuere, dulce quiddam est.
g Liberi paruuli quando à parentibus gestantur adhuc in ulnis, tunc sunt gratissimi, & parentibus amabilissimi.

Non sanè stultos esse deos existimamus,
Si ipsis parricidis bene uoluerimus.
Reuersus autem Argos, accides liberis tuis?
Sed non fas tibi. Quis aspiciet uerò
Liberorum te, si horum ultrò proponens occidis quempiã?
Hæc uenerunt iam ad rationes. Aut sceptra ad te
Solum pertinere, & imperatorem esse te conuenit,
Quem æquũ erat iustum sermonem inter Argiuos loqui:
Vultis uos Græci nauigare Phrygum ad terram?
Sortem ducite, filiam cuius mori conueniat:
Ex æquo enim hoc erat: non uerò, te eximium
Victimam præbere Græcis filiam tuam.
Aut Menelaum, propter matrem (Helenam) Hermionem occidere:
Cuius negocium fuit. Nunc uerò ego quidem, quæ tuum
Seruo coniugium, filia orbabor.
Illa uerò (Helena) quæ fidem fregit, reducem puellulam (filiam Hermionem)
Ad Spartam deferens, fœlix erit.
Horum, responde mihi, si quid non rectè dicam.
Si uerò bene dictum est nobis, ne interficias
Tuam & meam filiam, & sapiens eris.

55

Etenim liberos unà seruare honestum,
Agamemnon: nemo his contradixerit mortalium.

56

Siquidem Orphei haberem, ô pater, facundiam,
Persuadendo incantans ut sequantur me saxa,
Et delinire quos uellem dictis:
In hoc uersarer. nunc autem pro mea uirili, sapientes
Lachrymas præstabo: hæc enim possumus.
Supplicationem uerò genubus admoueo tuis,
Corpus meum, quod peperit hæc tibi:
Ne me perdas immaturam. Dulce enim, lucem
Aspicere: ea quæ sub terra, ne me uidere cogas.
Prima te uocaui patrem, & tu filiam me.
Prima uerò tuis genubus corpus dans meum,

55 Chori, hortantis Agamemnonẽ ut rectè monenti Clytemnestræ obtemperet, & non mactet filiam.

56 Oratio est lamentabilis & flebilis, Iphigeniæ ad patrẽ, qua ipsi supplicat, ne se mactandam Dianæ exhibeat.

φίλας χάριτας ἔδωκα, κἀντεδεξάμην.

a Verba patris pij ad filiã dilectam: Elocabo te aliquando honesto uiro, non indigno nostra familia.

a λόγος δ' ὁ μὲν σὸς ἦν ὅδ'· ἆρά σ', ὦ τέκνον,
εὐδαίμονος ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὄψομαι
ζῶσάν τε, καὶ θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ;

b Vox filiæ piæ, promittentis præmia nutricationis patri senescenti.

b οὑμὸς δ' ὅδ' ἦν αὖ, περὶ σὸν ἐξαρτωμένης
γένειον, οὗ νῦν ἀντιλάζομαι χερί·
τί δ' ἆρ' ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ' εἰσδέξομαι
ἐμῶν φίλαισιν ὑποδοχαῖς δόμων, πάτερ,
πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς;
τούτων ἐγὼ μὲν τῶν λόγων μνήμην ἔχω·
σὺ δ' ἐπιλέλησαι, καί μ' ἀποκτεῖναι θέλεις.
μή, πρός γε Πέλοπος, καὶ πρὸς Ἀτρέως πατρός,
καὶ τῆς γε μητρός· ἣ πρὶν ὠδίνουσ' ἐμέ,
νῦν δευτέραν ὠδῖνα τήνδε λαμβάνει.

c Alienam culpam nemo innocens luere tenetur.

c τί μοι μέτεστι τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων,
Ἑλένης τε; πόθεν ἦλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τὠμῷ πάτερ;
βλέψον πρὸς ἡμᾶς· ὄμμα δός, φίλημά τε,
ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν
μνημεῖον, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις.
ἀδελφέ, μικρὸς μὲν σύγ' ἐπίκουρος φίλοις,
ὅμως δὲ σὺν δάκρυσιν ἱκέτης γίνου πατρός,
τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν. d αἴσθημά τι
κἀν νηπίοις γε τῶν κακῶν ἐγγίνεται.

d Etiam infantes adhuc, sentiunt & intelligũt in luctu uersantib. seu parentibus, seu fratribus, seu sororibus: & unà lachrymas, plures quàm aliàs solent, fundunt.

ἰδού, σιωπῶν λίσσεταί σ' ὅδ', ὦ πάτερ·
ἀλλ' αἴδεσαί με, καὶ κατοίκτειρον βίον.
ναί, πρὸς γενείου σ' αἰτόμεσθα δύω φίλω·
ὁ μὲν νεοσσός ἐστιν, ἡ δ' ηὐξημένη.
ἓν συντεμοῦσα, πάντα νικήσω λόγον
e τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν.
τὰ νέρθε δ' οὐδείς, μαίνεται δ' ὃς εὔχεται
θανεῖν. κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ θανεῖν καλῶς.

e Nihil est dulcius uita, quáuis misera. Mentiuntur ergo omnes, qui mori se libẽter prædicant. quemadmodum idem in fabula Aesopica, de sene mortem aduocante, indicatum est.

57

Ἰώ, ἰώ. μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα
τοῖς Δαναΐδαις τιθεῖσα * Τυνδαρὶς κόρα.

57 Deus punit libidines & adulterium unius in multis.

* Tyndarei filia est ipsa Helena, à patre Tyndareo, cuius quoq; fuit Clytemnestra, cum Castore & Polluce fratribus.

58

Τὸ πολὺ γὰρ δεινὸν κακόν.

58 Exercitus, milites, equites, intractabile quiddam.

59

Μῆτερ, εἰσακούσατε

Gratas gratias exhibui, & uicissim accepi.
Sermo uerò tuus erat hic: Num te, ô filia,
Locupletis uiri in domo aspiciam
Viuentem, & florentem pro dignitate mea?
Meus uerò hic uicissim erat, de tuo pendentis
Mento, quod nunc uicissim apprehendo manu:
Quid uerò, num ego te senem? num excipiam
Meæ domus gratis hospitijs pater,
Laborum nutricias exhibens tibi alimonias?
Horum ego quidem sermonum reminiscor:
Tu uerò oblitus es, & me interficere uis.
Ne, per † Pelopem, & * Atreum patrem,
Et hanc matrem, quæ prius pariens me per dolores,
Nunc secundos dolores istos accipit.
Quid rei mihi est cum [a] Alexandri *nuptijs,*
Et Helenæ? unde uenerunt ad exitium meum, ô pater.
Respice ad nos, oculum da, & basium,
Vt saltem hoc moriens habeam tui
Monumentum, si non meis persuasus fueris dictis.
O' frater (Orestes) *pusillus quidem tu auxiliator amicis,*
Sed tamen cum lachrymis supplex fias patri,
Tua soror ne moriatur. Sensus quidam
Etiam in infantibus quidem malorum inditus est.
Ecce, quamuis tacens, rogat te hic, ô pater.
Quare reuerere me, & miserere meæ uitæ.
Certè, per mentum te obsecramus duo amici:
Hic quidem pullus est, altera adulta iam.
In unum concidens totam persuadebo orationem:
Hoc lumen mortalibus gratissimum uidere:
Ea quæ infrà sunt, nemo. imò insanit, qui optat
Mori. malè uiuere melius, quàm mori bene.

57

Io, io, magnas calamitates, magnos etiam dolores,
Græcis exhibet Tyndarei filia.

58

Multitudo enim graue malum.

59

Mater, audite

† Pelops auus paternus fuit Menelai & Agamemnonis.

* Atreum patrem Agamemnonis & Menelai nocat, cum sint Plisthenis filij, non Atrei, à quo tamen Atridæ dicuntur: quòd ab Atreo educati essent, mortuo pueris adhuc ipsis patre Plisthene. Pelops aũt tres habuit filios, Atreum, Thyestem & Plisthenẽ: ut est apud Dictym Cretensem lib. 1. historiæ belli Troiani.

a Id est, Paridis. Paris enim Alexander dictus est. utriusq; autem nominis ratio exponitur in commentarijs Homeri.

57 Chori querela, postquam decretũ esset omnino, mactandam Iphigeniam.

58 Achillis ad Clytemnestrã, quem lapidib. petijt tota multitudo exercitus, propterea quod prohibuit mactari Iphigeniam.

59 Iphigeniæ oratio, ad mortem promptæ & paratæ.

τῶν ἐμῶν λόγων· μάτην γάρ σ' εἰσορῶ θυμουμένην
σῷ πόσει. τὰ [a] δ' ἀδύναθ' ἡμῖν, καρτερεῖν οὐ ῥᾴδιον.
τὸν μὲν οὖν ξένον, δίκαιον αἰνέσαι προθυμίας.
ἀλλὰ [b] καὶ σέ τοῦθ' ὁρᾶν χρή, μὴ διαβληθῇς στρατῷ,
36 Orestis, respondentis Menelao, & longa oratione rogātis ut sibi adsit misero.

37

—Amicos
In rebus aduersis conuenit amicis adesse.
Nam cum Deus felicitatem dederit, quid opus est amicis?
Sufficit ipse Deus prodesse uolens.

37 Eiusdem ad eundem, ut se iuuet, in aduersis & periculis positum.

38

Namq; decet sic, consanguineorum pericula
Vnà subire, facultatem si dederit Deus,
Morientem, & interficientem aduersarios.
Sed ipsum posse, à dijs opus habeo adipisci.

38 Menelai, respōdentis Oresti ad petitionem.

39

Paruis enim res magnas quomodo caperet quis
Laboribus? stultum, etiam uelle & conari hæc.
Quando enim excanduerit populus, ad iram prolapsus,
Similis est igni, ad extinguendum uehementi.
Si uerò pedetentim quis ei concitato quidem
Cedens obsecundarit, tempus cautè obseruans,
Forsan exhalauerit. cum autem remiserit flatus,
Vtêris eo facilè pro arbitrio.

39 Menelai: multitudini persuadendum esse amicis uerbis, ut Orestē seruet, magis quàm ui hoc & armis impetrandum.

40

Nauis etenim tensa ui summa rudentibus,
Mergitur: erigitur iterum, si laxauerit rudentes.
Odit enim Deus nimiam uehementiam,

40 Eiusdem ad eundem: agendū cum principibus & populo potius amicitia, quàm ui & armis.

μισοῦσι δ' ἀστοί.

41 Amicus fidus ac certus, in rebus aduersis iucundissimum est spectaculum.

41

Ἡδεῖαν ὄψιν· πιστὸς γὰρ κακοῖς ἀνὴρ
κρείσσων γαλήνης ναυτίλοισιν εἰσορᾶν.

42 Amicorum cōmunia sunt omnia, cùm prospera, tum aduersa.

42

Κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

43 Mala uxor suo conuictu inficit quoque tandem sua malitia maritum.

43

Εἰκότως κακῆς γυναικὸς ἄνδρα γίνεσθαι κακόν.

44 Infideles & incerti amici ita amant, ne offendant alios potentiores.

44

Σ' εὐλαβεῖσθ', ὃ τοῖς φίλοισι δρῶσιν οἱ κακοὶ φίλοι.

45 In ultimis malis & ærumnis uersantis uerba sunt.

45

Ἢ θανεῖν, ἢ ζῆν· ὁ μῦθος δ' οὐ μακρός, μακρῶν πέρι.

46 Vulgus uehemens & intractabile quoddam animal, quando ducem sortitur improbum. Docet id superiorum tēporum calamitas, rusticorum tumultus, ubi 500 millia ceciderunt paucis septimanis: & alia exempla.

46

Δεινὸν οἱ πολλοί, κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας·
ἀλλ' ὅταν χρηστοὺς λάβωσι, χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί.

47 Si mors oppetenda est, oppetatur cum gloria: quemadmodum est apud Ciceronē, & Homerum de Hectore, in ultimo cōflictu cum Achille.

47

Ως ἄνανδρον, ἀκλεῶς τὸ κατθανεῖν.

48 Aegrotantes morosi plerunque, & difficiles.

48

Δυσχερές, ψαύειν νοσοῦντος ἀνδρός.

49 Is tum demum uerè amicus est, qui re ubi opus est iuuat, in calamitate, in rebus aduersis, ne sit ἀπὸ γλώττης tantum φίλος.

49

Ποῦ γὰρ ἂν δείξω φίλος,
εἴ σε μὴ δειναῖσιν ὄντα συμφοραῖς ἐπαρκέσω;

50 Peregrinus, sed uerè amicus, præstat multis cognatis, negligentibus cognatum.

50

Τοῦτ' ἐκεῖνο, κτᾶσθ' ἑταίρους, μὴ τὸ συγγενὲς μόνον.
ὡς ἀνὴρ ὅστις τρόποισι συντακῇ θυραῖος ὤν,
μυρίων κρείσσων ὁμαιμόνων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος.

51 Parentes necare magna est impietas, & hominum solū dementium. Ideò Solon rogatus, quare non tulisset etiam legem contra parricidas: respōdit, non putare se eò dementiæ quenquam processurum, ut tale quiddam committere audeat. ὅτι οὐχ ὑπέλαβεν τοιούτους τινὰς ἔσεσθαι, referente Plutarcho. Et Romulus omne homicidiū parricidium nuncupari uoluit, quòd hoc impium, illud simpliciter impossibile esse duceret. Sic enim scribit Plutarch. in Romulo: ἴδιον δὲ τὸ μηδεμίαν δίκην κατὰ πατροκτόνων ὁρίσαντα, πᾶσαν ἀνδροφονίαν πατροκτονίαν προσειπεῖν, ὡς τοῦτο μὲν ὄντος ἐναγοῦς, ἐκείνου δὲ ἀδυνάτου. καὶ μέχρι χρόνων πολλῶν ἔδοξεν ὀρθῶς ἀπογνῶναι τὴν τοιαύτην ἀδικίαν. οὐδεὶς γὰρ ἔδρασε τοιοῦτον οὐδὲν ἐν Ῥώμῃ, σχεδὸν ἐν τῶν ἑξακοσίων διαγενομένων, ἀλλὰ πρῶτος μετὰ τὸν ἀννιβιακὸν πόλεμον ἱστορεῖται λεύκιος ὄστιος πατροκτόνος γενέσθαι.

51

Τὸ δ' αὖ κακουργεῖν, ἀσέβεια μεγάλη,
κακοφρόνων τ' ἀνδρῶν παράνοια.

52 Τίς

Odere ciues.

41

Iucundum spectaculum uideo: fidus in aduersis uir
Potior est, quàm tranquillitas nautis aspectu.

41 Orestis, cum uideret sibi nihil spei bonæ esse amplius in Menelao, de Pylade amico fortè adueniente.

42

Communes enim res amicorum.

42 Pyladis ad Orestē, quòd sua calamitas etiam ad se amicum pertineat.

43

Probabile est, malæ uxoris uirum fieri malum.

43 Eiusdem ad Orestem, de Menelao deserente Orestem.

44

Se cautè agere: quòd amicis faciunt mali amici.

44 Orestis, respondentis Pyladę: qui quæsiuerat, quid responderit Menelaus Oresti, cum peteret ut se defenderet.

45

Aut mori, aut uiuere: oratio non magna, de rebus magnis.

45 Eiusdem ad eundem Pyladem, quòd uersetur in magno periculo.

46

Res uehemens multitudo, improbos cum habuerit præfectos:
Sed cum bonos nacti fuerint, bona consultant semper.

46 Orestis ad Pyladem.

47

Nam inuirile, ingloriè mori.

47 Eiusdem ad eundem.

48

Difficile, tractare ægrotantem hominem.

48 Eiusdem ad Pyladem.

49

Vbi enim ostendero me amicum esse,
Si te non arduis uersantem in calamitatibus iuuero?

49 Pyladis, non uolentis deserere Orestem, sed unà commori.

50

Hoc illud est, comparasse sibi amicos, non cognatos tantum.
Quoniam uir qui moribus unà affligitur, peregrinus,
Innumeris potior consanguineis, uiro ad comparandum amicus.

50 Orestis de Pylade, cuius animum amicitia dignum mirabatur.

51

Sed rursum etiam impiè agere, impietas est magna,
Stultorumq; hominum dementia.

51 Chori, de Oreste necante matrem Clytemnestram.

52

τίς νόσος, ἢ τίνα δάκρυα,
καὶ τίς ἔλεος μείζων κατὰ γᾶν,
ἢ ματροκτόνων αἷμα χειρὶ θέσθαι;

53

τὸ γὰρ γένος τοιόνδ'. ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ
πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες. ὅδε δ' αὐτοῖς φίλος,
ὃς ἂν δύνηται, πόλεως ἔν τ' ἀρχαῖσιν ᾖ.

54

Ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις, φρονῶν κακῶς,
πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει καλὸν μέγα.
a ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί,
κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθις εἰσὶ χρήσιμοι
b πόλει. θεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην
ἰδόνθ'. ὅμοιον γὰρ τὸ χρῆμα γίνεται
τῷ τοὺς λόγους λέγοντι, καὶ τιμωμένῳ.

55

Ὑμῖν ἀμύνων οὐδὲν ἧσσον ἢ πατρί,
ἔκτεινα μητέρ'. εἰ γὰρ ἀρσένων φόνος
ἔσται γυναιξὶν ὅσιος, οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν
θνήσκοντες· ἢ γυναιξὶ δουλεύειν χρεών.
τοὐναντίον δὲ δράσετ', ἢ δρᾶσαι χρεών.

56

Βέβακε γάρ, * βέβακεν, οἴχεται τέκνων
πρόπασα γέννα Πέλοπος, ὅ τ' ἐπὶ μακαρίοις
ζηλωτὸς ὤν ποτ' οἶκος.

57

Ἰώ, ἰώ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων ἔθνη πολύπονα,
λεύσσεθ' ὡς παρ' ἐλπίδα μοῖρα βαίνει.
c ἕτερα δ' ἑτέροις ἀμείβεται
πήματ' ἐν χρόνῳ μακρῷ.
βροτῶν d ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών.

58

Οἰκτρὰ μὲν τάδ'. ἀλλ' ὅμως
φέρειν σ' ἀνάγκη τὰς παρεστώσας τύχας.

59 Πᾶσι

52 Parricidæ omnino perdendi.

53 Præcones & publici ministri, tum quoque plerique mortalium, ad felicem solent inflectere parietem, ut dicitur: & secundum Iustini dictum, quò se fortuna inclinat, eòdem quoque fauor hominum.

54 Orator eloquens, ad malum flectens populum, ingens malum.

a Bona consilia si nón illicò, tamen postea felicem euentũ consequuntur.

b Magistratus est, curare ut honesta & salutaria doceátur & dicantur: cum id non tam ad salutem dicentis, quàm magistratus & subditorũ pertineat.

55 Exemplum statuendum in unum aliquem reum, ut cæteri à simılib. absterreantur, & qui libet in suo genere securus & in pace exigat.

56 Querela est de fortunæ in constantia. per Pelopis autem domum Atridas significat, Agamemnonem patrem præcipuè. Pelops enim, quemadmodũ diximus, habuit filios, Atreum, Thyestem & Plisthenem, cuius Agamemnon & Menelaus: qui Atridæ dicti sunt, quòd educati essent ab Atreo, immatura morte prærepto Plisthene, quemadmodum id luculenter ostenditur apud Dictyn Cretensem.

* Pro *βέβηκε*, Doricè, *à βαίνω*, *seu βάω inusitato*.

57 Multa præter spem accidunt hominibus.

c Alijs alia accidunt longo tẽpore, quod omnia producit, *πάντων πατὴρ*, ut dixit Pindarus.

d Mortalium uita uniuersa fluxa & instabilis est.

58 Præsentia boni consulenda, & patientia superanda sunt. Feras, non culpes, quod uitari non potest: Faxisq; ut libeat, quod est necesse: quemadmodum monuit olim Publius.

52

Quis morbus, aut quæ lachrymæ,
Aut quæ misericordia maior in terra,
Quàm matricidum sanguinem perdere?

52 Chori, quòd Orestes matricida omni iure possit & debeat interfici.

53

Hoc enim genus tale est: ad felicem
Transiliunt semper præcones. hic enim ipsis amicus,
Qui potens est, quiq; ciuitatis in magistratu est.

53 Nuncij, ad Electram sororem Orestis, nunciantis quòd in iudicio Talthybius præco damnato Oreste, patrocinatus fuerit Aegisthi amicis, quem interemerat.

54

Cum enim facundus orator, sentiens malè,
Persuaserit populum, ingens exitium reipublicæ.
Quotcunque uerò cum animo bona consultant semper,
Etsi non protinus, tamen in posterum utiles sunt
Reipub. Respicere uerò huc oportet præfectum
Peritum: similis enim res est
Et dicenti, & honorato.

54 Eiusdem ad eandē, quòd orator quidam cōfidens & audax, in iudicio multa de Oreste lapidando cum sorore Electra, dixerit.

55

Vobis opem ferens nihil minus quàm patri,
Interfeci matrem. si enim uirorum cædes
Erit uxoribus licita, neutiquam effugeritis
Mortem: aut uxoribus seruire necesse.
Contrarium autem facietis, quàm facere conueniat.

55 Orestis, coram iudicio excusantis cædem cōtra matrem designatam.

56

Abijt enim, abijt, perijt filiorum
Vniuersa soboles Pelopis, & apud beatos
Beata existens olim domus.

56 Electræ, sororis Orestis, cum audiret se unà cum fratre damnatam ad mortem.

57

Io, Io. lachrymosæ mortalium gentes, laboriosæ.
Videtis quàm præter spem Parca adueniat.
Aliæ alijs atque alijs permutantur
Clades, diuturnitate temporis.
Mortalium namq; uniuersum instabile est æuum.

57 Eiusdem, dolentis & lugētis præsentem calamitatem.

58

Miserabilia quidem hæc: sed tamen
Ferre te necesse est præsentes fortunas.

58 Orestis, consolantis sororem, & monentis ut presentem fortunam patienter ferat.

59 Omnibus

59 Vita omnibus hominibus est chara, nec quisquam est qui eam cum morte commutatam cupiat.

59

Πᾶσι φίλη ψυχὴ βροτοῖς.

60 Verus amicus altero laborante seu pereunte, etiam ipse perire paratus est: quemadmodum est de Nyso & Euryalo, Aeneid. 9.

60

Ἐπίσχες, ἓν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω·
εἰ ζῆν με χρῄζειν σοῦ θανόντος ἤλπισας;

61 Vox est ethnica. qui moritur ut Ethnicus, gaudere nūc desinit: Christianus uerò tunc primùm incipit, per mortē ad uerum gaudium futuræ uitæ perductus.

61

Οἱ γὰρ θανόντες χαρμάτων τητώμεθα.

62 Verus amicus & constans, cum amico uiuere & mori paratus est.

62

Μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον,
μὴ λαμπρὸς αἰθήρ, εἴ σ' ἐγὼ προδούς ποτε,
ἐλευθερώσας τοὐμόν, ἀπολίποιμί σε.

63 Mulieribus parum fidendum.

63

Ὡς γυναιξὶ πιστεύω βραχύ.

64 Seruos meticulosos & imbecilles facit hoc ipsum, quòd norunt se seruos esse.

64

Οὐδὲν τὸ δοῦλον, πρὸς τὸ μὴ δοῦλον γένος.

65 Inimicum ulcisci, uitam accipere est alteram.

65

Καὶ μὴν τόδ' ἔρξας, δὶς θανεῖν οὐ χάζομαι.

66 Aut honestè uiuendum, aut honestè moriendum.

66

Ἑνὸς γὰρ οὐ σφαλέντες, ἕξομεν κλέος,
καλῶς θανόντες, ἢ κακῶς σεσωσμένοι.

67 Propter unam malam mulierem sæpè audiunt malè multæ innocentes.

67

Πάσαις γυναιξὶν ἀξία στυγεῖν ἔφυ
ἡ Τυνδαρὶς παῖς, ἢ κατῄσχυνε γένος.

68 Certus amicus superat diuitias, & omnia mundi regna: ut dicitur in uersu, Nil ego cō tulerim iucundo sanus amico.

68

Φεῦ, οὐκ ἔστι κρεῖσσον, ἢ φίλος σαφής,
οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννίς· ἀλόγιστον δέ τι
τὸ πλῆθος, ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου.

69 Nimium laudari, sæpe ingratum & molestum est, præsertim ab amicis.

69

Παύσομαί σ' αἰνῶν· ἐπεὶ
βάρος τι κἀν τῷδ' ἐστίν, αἰνεῖσθαι λίαν.

70 Vlcisci hostes cupientis, & deinde libenter mori uolentis, quemadmodū Hecuba dicit: τοὺς ἐχθροὺς τιμωρουμένη αἰῶνα τὸν σύμπαντα δουλεύειν θέλω.

70

Ἐγὼ δὲ πάντως ἐκπνέων ψυχὴν ἐμήν,
δράσας τι χρῄζω τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς θανεῖν,
ἵν' ἀνταναλώσωμεν, οἵ με προὔδοσαν·
στυγῶσι δ' οἵπερ κἀμ' ἔθηκαν ἄθλιον.

71 Ab honestis & fortibus prognatos, decet quoque honestè & fortiter oppetere.

71

Ἀγαμέμνονός τοι παῖς πέφυχ' ὃς Ἑλλάδος
ἦρξ' ἀξιωθείς, οὐ τύραννος, ἀλλ' ὅμως

ῥώμην

59

Omnibus chara uita mortalibus.

60

Mane. unam enim primùm tibi incuſationem habeo:
An uiuere me poſſe te mortuo ſperaſti?

61

Morientes enim gaudijs priuamur.

62

Neq; ſanguinem meum accipiat frugifera terra,
Non ſplendidus æther, ſi te ego deſerens unquam,
Liberansq; meipſum, reliquero te.

63

Nam mulieribus fido parum.

64

Nihil eſt ſeruile genus, erga liberos.

65

Atqui hoc patrato, bis mori non refugio.

66

Vtrauis enim re non fruſtrati, habituri ſumus gloriam:
Honeſtè morientes potius, quàm turpiter ſeruati.

67

Omnibus mulieribus digna odio exiſtit
Tyndaris filia, quæ infamauit genus.

68

Papæ, non eſt quicquam melius quàm amicus certus:
Non diuitiæ, non regnum: ſtulta porrò quædam
Multitudo, permutatio eſt generoſi & boni amici.

69

Sed deſinam te laudare: nam
Moleſtia quædam etiam in hoc eſt, laudari nimis.

70

Ego uerò omnino expirans animam meam,
Faciens quiddam cupio in meos inimicos mori:
Vt uiciſsim perdamus, qui me perdiderunt:
Ingemiſcant uerò, qui & me fecerunt miſerum.

71

Agamemnonis profectò filius natus ſum, qui Græciæ
Imperium obtinuit, dignus habitus, nõ tyrannus: ſed tamẽ

59 Electræ ſororis, reſpondẽtis Oreſti, quòd nemo libenter moriatur.

60 Pyladæ, abeuntis ad ſeipſum conficiendum telo proprio, ad Oreſtem.

61 Oreſtis morituri, ad Pyladem.

62 Pyladę, reſpondentis Oreſti, quòd uelit unà mori, quòd amicorum ſint communia omnia.

63 Pyladæ Oreſti, ut taceat, ne conſilia de in diſcrimen adducendo Menelao, à mulieribus exaudiantur.

64 Pyladæ ad Oreſtem, ne metuat ſeruos Menelai, meticuloſos ideo quia ſerui ſint.

65 Oreſtis ad Pyladem: ſi Helenã cum Menelao, qui nos deſerit calamitoſos, poſſem prius ulciſci, libenter deinde morerer.

66 Pyladæ ad Oreſtẽ, quòd communi opera uelint uel interficere Helenam, uel incendere ædes Menelai.

67 Chori, de Helena.

68 Oreſtis, laudantis & ſuſpicientis animum uera amicitia digniſsimum, in Pylade.

69 Eiuſdem, commendantis cõſtantiam Pyladæ, qui nec in morte deſerat amicum.

70 Oreſtis, cupientis ulciſci Menelaum, patris fratrẽ, quòd in periculo ſe prorſus ut alieniſsimum deſerat.

71 Eiuſdem, quòd generoſos & à magnis natos, deceat quoque fortiter & cum gloria oppetere.

γάμων θεοῦ τιν' ἔχειν, ὃν οὐ κατοισχυνῶ,
δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ' ἐλευθέρως
a ψυχὴν ἀφήσω, Μενέλεων δὲ τίσομαι.
ἑνὸς γὰρ εἰ λάβοιμεθ', εὐτυχοῖμεν ἄν.

72

Ο Βούλομαι γὰρ ἡδὺ, καὶ διὰ στόμα
πτηνοῖσι μύθοις ἀδαπάνως τέρψω φρένας.

73

Λέγ'. ὡς τὸ λέγειν ἀγαθ' ἔχει τιν' ἡδονήν.

74

Πανταχοῦ ζῆν ἡδὺ μᾶλλον, ἢ θανεῖν, τοῖς σώφροσιν.

75

Πᾶς ἀνὴρ, κἂν δοῦλος ᾖ τις, ἥδεται τὸ φῶς ὁρῶν.

76

Τέλος ἔχει δαίμων βροτοῖσι, τέλος ὅπη θέλει.

77

Δεινὸν, εὐτυχῶν ἀνὴρ,
πρὸς κακῶς πράσσοντας· ὡς σὺ νῦν ὀρέστα δυστυχεῖς

78

Φησὶ σιωπῶν, ἀρκέσω δ' ἔγω λέγων.

79

Ὅστις δὲ τιμᾷ μητέρ', εὐδαίμων ἔφυ.

80

Ἐπεὶ θεοὶ τῷ δὲ καλλιστεύματι
Ἕλληνας εἰς γῆν καὶ Φρύγας συνήγαγον,
θανάτους ἔθηκαν, ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς
ὕβρισμα θνητῶν, ἀφθόνου πληρώματος.

81

Καὶ λέκτρ' ἐπῄνεσ', ἡνίκ' ἂν διδῷ πατήρ.

Τέλος.

a Inimicum ulcisci, uitam accipere est alteram.

72 Spes bona etiamsi euentū suum non sortiatur, tamen interim oblectat, & fouet hominem.

73 Quæ bona sunt, omnes libenter audimus.

74 Prudentis est, quomodo cunque potius uiuere, quàm sibi ipsi uim afferre.

75 Omnes homines libētius uiuimus, quàm morimur, etiā serui, quibus tamen uix quicquam in uita afflictius: quemadmodum ille apud Plautum queritur.

76 Solus Deus eripit è calamitatibus, & largitur læta. Ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε, quemadmodum de dijs est apud Homerum.

77 Felices plerunque difficiles & asperi sunt infelicibus.

78 Qui tacet, consentire uidetur.

79 Felix est, qui honorat parentes debitis obsequijs. In Senario ueteri dicitur, ἱκανῶς βιώσεις γηροβόσκων γονεῖς.

80 Bellum Troianum excitatum est, quemadmodū & Thebanum, ut improbis interfectis, terra leuaretur graui onere. Historiam suprà indicauimus ex Stasimo, qui τὰ κυπρικὰ scripsit, ut referunt commentaria Homeri super illud, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Docet autem ea seu historia, seu fabula, omnia elementa detestari hominum impietatem.

81 Sponsalia fiant consensu parentum: quemadmodum suprà quoq; diximus de Hermione, nihil promittenti de se Oresti, propterea quòd id in patris potestate situm esset. Id responsum honestum puellæ ethnicæ laudat D. Ambrosius, & id imitandum puellis Christianis proponit.

Vires dei cuiusdam habuit. quem non dehonestabo,
Seruilem exhibens mortem: sed liberè
Animam amittam, Menelaum uerò ulciscar.
Vnum enim si adepti fuerimus, felices extiterimus.

72

Quod cupio enim suaue, & ore
Alatis uerbis citra sumptum oblectauero animum.

73

Dic: nam dicere bona, habet quandam uoluptatem.

74

Vbicunque uiuere potius est, quàm mori prudentibus.

75

Quiuis homo, etsi seruus fuerit, delectatur, dum lumen uidet.

76

Finem dabit Deus mortalibus, finem inquam, quando ipse uoluerit.

77

Res grauis est, uir qui in bona fortuna est,
Erga eos qui in mala sunt: quemadmodum nunc tu Oresta in mala constitutus es.

78

Fatetur tacens, sufficiam uerò ego loquens.

79

Qui uerò honorat matrem, felix ille est.

80

Nam dij huius uenustate
Græcos in unum atque Phrygas commiserunt,
Cædesq; ediderunt, ut leuarent à terra
Pondus mortalium, abundanti copia.

81

Et connubium approbo, ubi dederit pater.

FINIS.

72 Orestis iterum: Consolor me spe bona, quæ quamuis frustrata me fuerit, tamẽ oblectat animum, dum illam foueo.

73 Orestis ad Electram sororem, quæ consilium quoddam subijcere uolebat, profuturum saluti ipsorum.

74 Serui Menelai, rogantis Orestem ne se interficiat.

75 Serui Phrygis ad Orestẽ, ne se interficiat, quòd uita nihil sit gratius.

76 Chori, quòd solius Dei sit, finem imponere calamitatibus.

77 Electræ ad Orestem & Pyladem, de Menelao.

78 Orestis ad Menelaum, rogantem Pyladem, an etiam particeps fuerit cædis Helenæ, quam interemptam putabat Menelaus.

79 Menelai ad Orestẽ, quòd impiè fecerit, interficiens matrem.

80 Apollinis ad Menelaum, ne sit sollicitus de Helena, trãslata inter deos ab ipso Ioue.

81 Orestis ad Apollinem, iubentem Orestem ducere uxorem Hermionem, filiam Menelai.

ARGVMENTVM EVRIPIDIS *Electræ.*

Orestes filius Agamemnonis, ad patrem Pyladæ educandus mittitur.

Electra soror Orestis, ab Aegistho, colono cuidam nuptum datur.

Orestes interficit Aegisthum in agro immolantem, simul etiam matrem Clytemnestram, auxilio pædagogi & sororis Electræ.

Pœnitet Orestẽ cum sorore parricidij.

Castor & Pollux componunt turbas, ut exitus sit planè Comicus.

Καταστροφὺ fabulæ similis est Catastrophæ Oresteæ.

Euripidis error taxatus.

CAeso per dolum Agamemnone, regnoque Argiuorum occupato, Aegisthus liberos quoque ipsius interimere uoluit. Orestes itaque infans è media cæde à sorore Electra ereptus, seruo in aliam terram asportandus traditur, fœminis autem uitam socia facinoris Clytemnestra ab adultero impetrauit: quarum alteram ferociorem, quum iam nubilem Aegisthus uideret, periculum sibi inde creari existimans, nobili alicui dare nuptum recusauit: nec domi grandem iam tenere, metuens furtiuas nuptias. sed tutum esse credens, colono cuidam conciliauit: qui se indignum eo matrimonio intelligens, integram eam seruauit. Orestes adultus, & patris ulciscendi & regni recuperandi cupidus, clàm in agrũ Argiuum se cõtulit: sororemq́; quam extra urbem uiuere audierat, inuenit. à qua quid fieri oporteret admonitus, ususq́; opera ueteris sui conseruatoris, qui pædagogus patris Agamemnonis fuerat, manuq́; fidelis amici comitisq́; Pyladis, Aegisthũ primùm in agro immolantem necauit, deinde Clytemnestrã tractam in insidias ab Electra interfecit. Quo parricidio perpetrato, statim ipsos uehementer pœnituit, quod toto pectore expetiuerant, fecisse. Confectos filios ægritudine, ac se sceleris damnantes, affines ipsis sanguine Castor ac Pollux aduentu suo consolantur, & quid è re nata facere illos opus sit, docent: cunctaq́; plena maximarum perturbationũ cõponunt.

Exitus igitur fabulæ ἀπὸ μηχανῆς, ac similis admodum dissolutioni Orestis. quod enim hic faciunt Dioscuri, illic Apollo præstitit. Vtriusque autem finis quum minimè tristis sit, (non malè enim actum est cum superstitibus, ac uoti penè cõpotes omnes facti sunt) magis proprius esse Comœdię quàm tragœdiæ uidetur. Nam quod in argumento hic fingit poeta, colonum illum à uirgine, quam domi diu habuerit, se abstinuisse, non uerisimile est: quod tamen uitium ipse purgare summo studio conatur, quum eum, quamuis pauperem hominem, nobili stirpe natũ dicit, ut generositas animi iniquitate fortunæ extingui non potuerit: præterea quum reformidasse eum Orestem narrat, si quando reuertisset, ne pœnas illi daret uiolatæ sororis. sed etiam secum quoque illum cogitasse demonstrat, nõ habuisse ius in alienã filiam Aegisthum, ut ratę nuptiæ illæ ullo pacto esse potuerint. Si quid aliud huiuscemodi est, in coagmẽtatione rerum, quòd ratione careat,

nec satis bellè cohęreat, id eruditi & ingeniosi uiri uidebunt: neque enim nunc nobis propositum est, id accuratè ostendere. Vtinam, ut hæc fabula partes quasdam habet elegantissimas, summoq; artificio confectas, nec non optimarum uerissimarumq; sententiarũ tota plena est: ita reprehensione hac, culpaq; uacaret, ac rectam οἰκονομίαν haberet.

Quid in hac tragœdia desideretur.

PERSONAE *Fabulæ.*

Colonus Mycenæus, cui in uxorem data fuerat Electra, filia Agamemnonis & Clytemnestræ, soror Orestis.

Orestes, filius Agamemnonis, traditus educandus à sene pædagogo Agamemnonis, Strophio Phocensi, patri Pyladis.

Electra, soror Orestis.

Pylades, filius fuit Strophij Phocensis, constantissimus amicus Orestis.

Chorus, constat ex fœminis Argiuis.

Senex, pædagogus Agamemnonis, seruator Orestis.

Nuncius, nuncians Electrę quomodo Aegisthus sit interfectus ab Oreste, Pylade auxiliante.

Clytemnestra, mater Orestis & Electræ, interfecta ab Oreste. Cui mammam nudatam ostendens, ad mentumq; eius manus extendens, supplex eũ rogabat, ne se interficeret, sed abstineret manus ab illa, à qua esset genitus.

Dioscuri, hoc est, Castor & Pollux, filij Tyndarei & Ledæ, fratres Helenæ & Clytemnestræ, demissi cœlitus, qui componunt turbas omnes, & Pyladi Electram dant uxorem. Orestem uerò terra patria iubent excedere, & proficisci Athenas, ut ibi à cæde expietur.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩ-ΔΙΑΣ Η ΚΑΛΕΙΤΑΙ ΗΛΕ-ΚΤΡΑ.

1



Αμικροὶ γὰρ εἰς γένος γε, χρημάτων δὲ δὴ
a πένητες. ἔνθεν ἡ 'υγένει' ἀπόλλυται.

2

Αλις δ' ἔχεις
τἄξωθεν ἔργα· τἀν δόμοις δ' ἡμᾶς χρεὼν
ἐξευτρεπίζειν. εἰσιόντι δ' ἐργάτῃ
θύραθεν, ἡδὺ τἄνδον εὑρίσκειν καλῶς.

3

Εγὼ δ' ἅμ' ἡμέρᾳ
βοῦς εἰς ἀρούρας εἰσβαλὼν, σπερῶ γύας.
b ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα,
βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.

4

Δοκεῖς τοῖς σοῖσι δακρύοις,
μὴ τιμῶσα θεοὺς, κρατήσειν
ἐχθρῶν; οὔτοι στοναχαῖς,
ἀλλ' εὐχαῖς θεοὺς σεβίζου-
σ', ἕξεις εὐαμερίαν, ὦ παῖ.

5

Γυναῖκες ἀνδρῶν, ὦ ξέν', οὐ παίδων φίλαι.

6

Θανοῖμι, μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐμῆς.

7

Αἴδησις γὰρ οὖν
κἀκ τῶν θυραίων πημάτων δάκνει βροτούς.

8

Ενεστι δ' οἶκτος, ἀμαθίᾳ μὲν οὐδαμοῦ
c σοφοῖσιν ἀνδρῶν. οὐ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον,
γνώμην μὲν εἶναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφήν.

9

Γυναικί τοι
αἰσχρὸν, μετ' ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν.

1 *Gůt edel, blůt arm.*

a Et genus & uirtus, nisi cũ re, uilior alga est: ut in uersu Horatij dicitur.

2 Honestæ uxoris & sedulæ matrisfamiliàs est, quæ in ædibus sunt rectè curare: quemadmodum apud Homerum Hector suã monet Andromachẽ, Σὺ δ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε.

b Dij facientes adiuuant. Απονον γὰρ χάρμα ἔλαβον παῦροί τινες, ut est apud Pindarum. Et in ueteri prouerbio, Plutarcho referente, dicitur: τὴν χεῖρα προσφέροντα δεῖ τὴν τύχην ἐπικαλεῖν.

4 Non lachrymis, sed uotis & precib. Deus colendus. Oratione quoq; uincuntur hostes.

5 Nouercæ hoc agunt, quomodo grata alteri uiro faciãt, non quomodo liberis prioribus rectè consulant.

6 Inimicum ulcisci, uitam accipere est alteram: Publius in Mimis.

7 Magnis calamitatib. & iustis cædibus etiam exteri afficiuntur, ad quos ea nihil pertinent.

8 Viris sapientibus solet dolere calamitas hominum.

c Nimia sapientia obest. *Alzů scharpff, wirt gern schårtigk.*

9 Turpe est mulieri, colloqui iuuenibus.

10 Καὶ

EX TRAGOEDIA
QVAE VOCATVR
ELECTRA.

1



Lari enim natalibus, at opum
Indigi sumus: unde generis splendor perit.

2

Abundè tibi sunt
Quæ foris fiunt opera: domestica uerò nos decet
Disponere: ingredienti uerò operario
Ex publico, suaue est ea quæ intus sunt inuenire decẽter.

3

Ego autem prima luce
Boues in arua agens, seminabo iugera.
Ociosus enim nemo, deos habens in ore,
Facultates quiret colligere absque labore.

4

Putas tuis lachrymis,
Non colens deos, superiorem te fore
Hostibus? Minimè gemitibus,
Sed uotis deos colens,
Transiges iucundam uitam, ô filia.

5

Mulieres uiris, ô hospes, non liberis fauent.

6

Mori iuuat, matris sanguinem ubi iugulando fudero meæ.

7

Sensus quippe
Etiam ex exteris cladibus mordet mortales.

8

Inest uerò commiseratio, inscitia quidem nusquam
Sapientibus uiris est. neutiquam enim impune,
Mentem esse sapientibus nimis sapientem.

9

Mulieri sanè
Turpe est, apud uiros stare iuuenes.

1 Coloni, cui fuerat Electra data in uxorem, ab Aegistho.

2 Electræ ad colonum maritum, cui erat desponsa: de suo & omnium uxorum honestarum officio.

3 Coloni ad Electram uxorẽ suam, sed adhuc uirginem & intactam.

4 Chori, monentis Electrã, ut à luctibus desinat, & lachrymis, quas effundit ob interfectum patrem à matre Clytemnestra.

5 Orestis fratris, rogantis sororem Electram, quomodo mater Clytemnestra potuerit ferre, ut ipsa ab Aegistho uitrico uxor daretur rustico.

6 Electræ ad Orestem, quòd cupiat interficere matrem, & ulcisci necem patris.

7 Orestis, de patre interfecto, ad sororem: quòd magnæ calamitates, & iniustæ cædes etiam exteris doleant.

8 Orestis, ad sororem, à qua nondum agnoscitur: ut sibi referat totam historiam de patre Agamemnone trucidato, ab Aegistho & Clytemnestra.

9 Coloni, ruri redeuntis, & uidentis colloqui Orestem & Pyladem cum Electra uxore: quos ipsa tamen nõdum agnouerat, quòd Orestes puer planè in Phocæam à pædagogo transportatus fuisset, ad Strophium Pyladę patrem.

10

Καὶ γὰρ εἰ πένης ἔφυν,
οὔτοι τό γ' ἦθος δυσγενὲς παρέξομαι.

11

Οὐκ ἔστ' ἀκριβὲς οὐδὲν εἰς εὐανδρίαν.
ἔχουσι γὰρ ταραγμὸν αἱ φύσεις βροτῶν.
ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς
τὸ μηδὲν ὄντα, χρηστά τ' ἐκ κακῶν τέκνα·
b λιμόν τ' ἐν ἀνδρὸς πλουσίου φρονήματι,
γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι.

12

Ἀλλ' ἔχει νόσον
πενία, διδάσκει γ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν.

13

Οὗτος γὰρ ἁνήρ, οὔτ' ἐν Ἀργείοις μέγας,
οὔτ' αὖ δοκήσει δωμάτων ὠγκωμένος,
ἐν τοῖς τε πολλοῖς ὢν, ἄριστος εὑρέθη.
οὐ μὴ φρονήσεθ', οἳ κενῶν δοξασμάτων
πλήρεις πλανᾶσθε; τῇ c δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς
κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς;
d οἱ γὰρ τοιοῦτοι τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ,
e καὶ δώμαθ'. αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν,
ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν. f οὐδὲ γὰρ δορὶ
μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει·
ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο, κἀν εὐψυχίᾳ.

14

Ὡς ἐμοὶ πένης
εἴη πρόθυμος πλουσίου μᾶλλον ξένος.

15

Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι
χρησμοί, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.

16

Χωρεῖ δ' εἰς δόμους ὅσον τάχος,

καὶ

10 Animus intuendus, nō cuiusque conditio, νοῦν χρὴ θεάσασθαι (inquit Euripides) οὐδέν τι τῆς εὐμορφίας ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ. Idem monet Aesopus Samios, apud Maximum Planudem, Constantinopolitanum illum, cui quidá fabulas Aesopicas tribuunt.

11 Virtus non cadit in certas aliquas personas, seu familias, nec propagatur à parentibus perpetuò in liberos: sed Dei donum est, qui eam distribuit pro arbitrio, sæpius contemptis in mundo quamlibet magnis: ut dicitur, πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίρια εἶπεν: rusticanum oratorem non esse contemnendum.

a Ex strenuo patre sæpè imbelles, ex imbelli contrà generosi nascuntur.

b Sæpè ditissimi sordidiores sunt pauperibus.

12 Paupertas sæpè malorum magistra, quemadmodum est apud Theognidem: & malesuada fames, apud Virgilium. Apud Theocritum in Piscatoribus, & Aristophanem in Pluto, paupertas μόνη τὰς τέχνας ἐγείρει. Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος, etc.

13 Etiā pauperes uirtute præditi sunt, plus sæpè quàm diuites.

c Homines non ex conditione uitæ, sed ex conuersatione & moribus iudicandi sunt.

d Pauperes benè morati rectè habitant & ciuitates & domus.

e Vix erit immensus in magno corpore sensus. Contrà: Ingenio plenus, qui uiribus extat egenus, ut in uersu dicitur. f Non ex corpore seu externa specie, sed animi magnitudine homines fortes & strenui habendi sunt. 14 Pauper bonus præferendus diuiti improbo. 15 Dei mandatum & uerbum præferendum hominum opinionibus. 16 Sedula materfamiliàs in hoc est intenta, ut habeat in promptu semper, quo hospitibus & amicis benefaciat.

10

Licet enim pauper sim,
Non tamen animum maleuolum exhibebo.

10 Coloni, inuitantis ad se in ædes Orestem cum Pylade.

11

Non est absolutum quicquam ad strenuitatem.
Habent enim agitationem indoles mortalium.
Iam enim uidi uirum, strenuo ex patre ortum,
Planè nullius precij esse: frugiq; ex ignauis liberos.
Famemq; in uiri opulenti pectore,
Animumq; magnum in pauperis corpore.

11 Orestis, admirantis & suspicientis probitatem & integritatem in colono, uiro rustico, marito Electræ.

12

At habet uitium
Paupertas: docet enim uirum sua indigentia malum.

12 Eiusdem Orestis, de colono, quòd pauperes sæpè ex indigentia ad mala se conuertát.

13

Hic enim uir, neque inter Argiuos magnus,
Neque rursum magnificentia ædium turgidus,
Plebeius existens, optimus inuentus est.
At non sapietis, qui uanis opinionibus
Pleni erratis? & ex conuersatione homines
Iudicabitis, & ex moribus nobiles?
Tales enim ciuitates habitabunt benè,
Et domos. at carnes cassæ mente
Statuæ fori sunt: neq; enim lancea,
Plus brachium robustum imbecilli ualet.
In natura uerò hoc scilicet situm est, et in alacri pectore.

13 Eiusdem Orestis, pergentis in laude & admiratione coloni, uiri quamuis pauperis, tamen optimi & probi.

14

Nam mihi pauper
Fuerit promptus diuite potior hospes.

14 Eiusdem, de eodem colono.

15

Apollinis enim rata
Oracula, hominum autem diuinationem ualere sino.

15 Eiusdem, de Apolline, qui iussit interficere matrem.

16

Perge uerò domum quàm ocyssimè,

16 Coloni, ad Electram uxorem, de parando cibo hospitibus Oresti & Pyladæ.

17 Pecuniæ multum possunt in hominum uita.

a Diuitiæ amplæ ad diuturnum & necessarium uictum parum possunt, cum tam diues quàm pauper saturati nihil differant.

18 Ex eodẽ patre geniti, plerunque sibi inuicem solent esse similes.

19 Non semper nobilium liberi generosi sunt. ut dicitur, *τῶν ἡρώων τέκνα πήματα.*

Ac reliquerũt Pericles & Thucydides illaudatos filios, tum alij etiam: quemadmodum meminit id Aristides rhetor & sophista.

20 Ethnici offenduntur prosperitate impiorum, quòd sæpè in sceleribus aliquandiu impunè uiuant.

21 Infeliciũ nemo est amicus, *Εὐτυχία γὰρ πολύφιλος, Δυστυχία δὲ ἄφιλος, ut dicitur.*

* Id est, si quis sortitur amicum qui in utraque fortuna cõstás est, agat Deo gratias, & pro lucro id reputet.

22 Regem seu alium uirum magnum occidere, non leuis res est, & quæ facilè citoq; cõficiatur.

23 Malè sibi consulit, qui ducit uxorem eam, quæ priorem maritum interemit. Semel náque malus, semper præsumitur malus.

24 *In γυναικοκρατουμένοις hæc dicentur, ubi fæmina regnat.*

b Filij à patre, nõ à matre nominandi. Fortè inde agrestiores & rustici suos patres, non patres, sed Neanen[?] solent uocare, à nominando.

25 Diuitię quiddam sunt instabile: quemadmodum omnis felicitas humana pendula & fluxa est.

καὶ τἄνδον ἐξάρτυε. πολλά τοι γυνὴ
χρήζουσ' ἂν εὕροι δαιτὶ προσφορήματα.

17

Σκοπῶ, τὰ χρήμαθ' ὡς ἔχει μέγα σθένος,
ξένοις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσον πεσὸν
δαπάναισι σῶσαι. τῆς δ' ἐφ' ἡμέραν βορᾶς
εἰς [a] μικρὸν ἥκει. πᾶς γὰρ ἐμπλησθεὶς ἀνὴρ
ὁ πλούσιός γε χ' ὁ πένης, ἴσον φέρει.

18

Φιλεῖ γὰρ, αἷμα ταυτὸν οἷς ἂν ᾖ πατρὸς,
τὰ πολλ' ὅμοια σώματος πεφυκέναι.

19

Πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς, εἰσὶ κακοί.

20

Η χρὴ μηκέτ' ἡγεῖσθαι θεοὺς,
εἰ τἄδικ' ἔσται τῆς δίκης ὑπέρτερα.

21

Ω τέκνον, οὐδεὶς δυστυχοῦντι σοὶ φίλος.
εὕρημα γὰρ τὸ χρῆμα γίνεται τόδε, *
κοινῇ μεταχεῖν τ' ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ.

22

Οὔτοι βασιλέα φαῦλον κτανεῖν.

23

Ισω δ' ὅταν τις διολέσας δάμαρτα του
κρυπταῖσιν εὐναῖς, εἶτ' ἀναγκασθῇ λαβεῖν,
δύστηνός ἐστιν, εἰ δοκεῖ τὸ σωφρονεῖν
ἐκεῖ μὲν αὐτὴν οὐκ ἔχειν, παρ' οἷ δ' ἔχειν.
ἄλγιστα δ' οἰκεῖς, οὐ δοκῶν οἰκεῖν κακῶς.

24

Πᾶσιν δ' ἐν Ἀργείοισιν ἤκουες τάδε;
ὁ τῆς γυναικὸς, οὐχὶ τ' ἀνδρὸς ἡ γυνή.
καίτοι τόδ' αἰσχρὸν, προστατεῖν γε δωμάτων
γυναῖκα, μὴ τὸν ἄνδρα· κἀκείνους στυγῶ
b τοὺς παῖδας, ὅστις τοῦ μὲν ἄρσενος πατρὸς
οὐκ ὠνόμασται, τῆς δὲ μητρὸς, ἐν πόλει.

25

Ηὔχεις τις εἶναι τοῖσι χρήμασι σθένων.
τὰ δ' οὐδὲν, εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον.

ἡ γὰρ

Et quæ intus sunt accura. multa quippe fœmina
Volens inuenire potest ad conuiuium fercula.

17

Considero, pecuniæ quòd habent magnam uim,
Et ut hospitibus largiare, & corpus in morbũ prolapsum
Sumptibus ad restituendum. ad diurnum autem cibum
Parum refert: quiuis enim saturatus uir,
Tam diues quàm pauper, tantundem aufert.

17 Coloni pauperis, de ui pecuniarum.

18

Solent enim, sanguis idem quibus fuerit patris,
Pleraque similia corporis natura inesse.

18 Senis, pædagogi Agamemnonis, qui Orestem à cæde liberans ad Strophium detulit, ad Electram.

19

Multi quippe existentes claris orti parẽtibus, sunt ignaui.

19 Senis, quærentis de hospitibus quales sint.

20

Aut non amplius existimandi sunt dij esse,
Si iniqua iusticiæ præponderant.

20 Electræ ad Orestẽ, quem agnoscit ex cicatrice, quam puer olim hinnulũ insectans, in patris ædibus iuxta supercilium accepit.

21

O' fili, nullus infeliciter agenti tibi amicus.
Lucrum enim insperatum res est isthæc,
Ex æquo participem esse tam boni quàm mali.

21 Senis ad Orestem, rogantem an etiam possit ipse exul & infelix alicubi habere amicos, qui se iuuarent in ulciscenda nece patris.

22

Minimè regem res leuis facilisq; occidisse.

22 Chori ad Electram, ægrè ferentem moram nunciorum, qui nuncient cædem Aegisthi regis ab Oreste peractam.

23

Sciat autem quiuis, quum corrupta uxore alicuius
Furtiuo concubitu, tum coactus fuerit eam ducere:
Infelix est, si credit, modestiam
Illic quidem ipsam non tenuisse, apud se uerò seruaturam.
Pessimè autem habitas, nescius te habitare malè.

23 Electræ ad Orestem, de Aegistho, quòd malè fecerit, ducens uxorẽ Clytemnestrã, quæ priorem maritum Agamemnonem interfecerit.

24

Omnes autem inter Græcos audiebas hæc:
Ille uxoris est, nec in uiri potestate est fœmina.
Atqui istuc turpe, præfectam esse domui
Mulierem, nec uirum. atq; adeò illos odi
Filios, qui quidem maris patris
Non gerunt nomen, sed matris, in ciuitate.

24 Electræ ad Aegisthum, interfectum ab Oreste.

25

Iactabas quendam te esse opibus pollentem.
Hæ aũt nullius precij, nisi breui ut conuersentur tempore.

25 Eiusdem ad eundem.

a Bona natura, honesti æquiq; studiosa, præferenda diuitijs.

a ἡ γὰρ φύσις βέβαιος, οὐ τὰ χρήματα.
ἡ μὲν γὰρ αἰεὶ παραμένουσ' αἴρει κακά.

b Iniustè partæ opes breui durant tempore.

b ὁ δ' ὄλβος ἄδικος, καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνών,
ἐξέπτατ' οἴκων, σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

26 Ex patre uirili & forti, fortes quoque: molli uerò, molles procreantur: quemadmodum est apud Horatium.

26

Ἀλλ' ἐμοί γ' εἴη πόσις
μὴ παρθενωπὸς, ἀλλὰ τ' ἀνδρείου τρόπου.
τὰ γὰρ τέκν' αὐτῶν, ἄρεος ἐκκρεμάννυται,
τὰ δ' εὐπρεπῆ δὴ, κόσμος ἐν χοροῖς μόνον.

27 Quòd nemo semper impunè peccet.

Nemo improbus perpetuò impunitus uixit. μέλλει γὰρ τὸ θεῖον, τοιοῦτον γὰρ φύσει, ut dixit Euripides. Vt sit lenta, tamen certè magna ira deorum est: ut in uersu Satyrici dicitur.

27

Μή μοι, τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς,
νικᾶν δοκείτω τὴν δίκην, πρὶν ἂν πέλας
γραμμῆς ἵκηται, καὶ τέλος κάμψῃ βίου.

28 Atrocia scelera sequuntur etiam atroces pœnæ: quemadmodum apud Herodotum uerè dicitur in Euterpe.

28

Ἔπραξε δεινὰ, δεινὰ τ' ἀντέδωκέ σοι,
καὶ τῶνδ'. ἔχει γὰρ ἡ δίκη μέγα σθένος.

29 Si Deo non credendum est, cui habebimus fidem?

29

Ὅπου δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ, τίνες σοφοί;

30 Deus non est autor peccati, nec probat, nec mandat fieri scelera, cædes, parricidia: quemadmodum piè dixit Homerus, οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν Ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων. Odyss. ξ.

30

Ἄρ' αὖτ' ἀλάστωρ εἶπ', ἀπεικασθεὶς θεῷ.

31 Vulgus beatos putat diuites, felices & potentes in mundo: malè iudicans.

31

Σεβίζω σ' ἴσα καὶ μάκαρσι
πλούτου, μεγάλης τ' εὐδαιμονίας.

32 Fœminæ suspicaces, acerbæ & uehementes.

32

Καὶ τὸ, δόξ' ὅταν λάβῃ κακὴ
γυναῖκα, γλώσσῃ πικρότης ἔνεστί τις.

33 Odium ex iusta causa profectum, ethnicis non improbatur.

33

Ἣν μὲν ἀξίως μισεῖν ἔχεις,
στυγεῖν δίκαιον· εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ στυγεῖν;

34 Mulieres res quędam stulta sunt.

d Marito peccante, solet peccare etiam mulier.

* Ἀ παρὰ τὸ ὤθω pello.

e Viro primo deserente fidem coniugalem, si facit similiter uxor, ea sola accusatur, ut prima causa desertionis.

34

Μῶρον μὲν αἱ γυναῖκες, οὐκ ἄλλως λέγω.
ὅταν d δ' ὑπόντος τοῦδ' ἁμαρτάνῃ πόσις,
τἄνδον * παρώσας λέκτρα, μιμεῖσθαι θέλει
γυνὴ τὸν ἄνδρα, χ' ἅτερον κτᾶσθαι φίλον.
e κἄπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται,
οἱ δ' αἴτιοι τῶνδ' οὐ κλύουσ' ἄνδρες κακῶς.

Nam natura stabilis firmaq; est, non pecuniæ.
Ea namque perpetuò perdurans, tollit mala.
At diuitiæ iniustæ, & cum prauis commorantes,
Euolant è domibus, exiguo cum floruerint tempore.

26

Sed mihi contingat maritus
Nō uirgineo uultu præditus, sed uirili ingenio, moribusq;.
Nam liberi eorum ex Marte pendent:
Sed formosi sanè ornatus in choreis tantum.

27

Ne mihi, primus conatus si successerit pro uotis,
Superiorem se fore æstimet in causa: priusquam propè
Metam accesserit, & finem attigerit flectendo uitæ.

28

Patrauit immania, immanes etiam persoluit pœnas tibi,
Et huic, habet enim ipsa Dice magnum robur.

29

Quando Apollo læuus est, qui'nam sapientes erunt?

30

Nimirum hoc scelestus dixit, assimilatus deo.

31

Colo te ex æquo cum beatis,
Ob diuitias, & magnam felicitatem.

32

Quamuis suspicio cum cœperit mala
Mulierem, linguæ acerbitas inest quæpiam.

33

Si quidem meritò odisse potes,
Odio prosequi iustum est: sin secus, quid attinet odisse?

34

Stultæ quidem sumus mulieres, non nego.
Cum autem, insito hoc animis, peccat maritus,
Domestica fastidiens connubia, imitari uult
Mulier uirum, & alium parare amasium:
Tum in nobis probrum inclarescit,
Autores autem horum non audiunt uiri malè.

26 Electræ uotum, quo indicat, qualem cupiat maritum: uirili, nō fœmineo animo præditum, qui uir sit.

27 Eiusdem Electræ, de Aegistho: Sperasti, quia aliquoties impunè peccasti, & pœna dilata est, te perpetuò sic à malis immunem uicturum.

28 Chori, ad Electram, de interfecto Aegistho.

29 Electræ ad Orestem, nolentem perimere matrē, quod tamen Apollo iusserat.

30 Orestis ad sororem, putantis non esse uocem Apollinis, quæ iubeat necare matrē: sed diaboli alicuius, parricidijs delectantis.

31 Chori, beatam prædicantis Clytemnestram, paulo antè quàm interficeretur ab Oreste.

32 Clytemnestræ ad Electrā, querentem quòd sit pulsa ædibus ut serua.

33 Eiusdem ad eandem, quòd immeritò prosequatur se matrem odio, cum iustè interfecerit Agamemnonē, ob mactatam in Aulide filiam Iphigeniam.

34 Eiusdem ad eandem, de patre iure interfecto: quòd è Troia adduxisset alteram uxorem Cassandram, uatem, Priami filiam.

35 Vxorem multa uiri incommoda ferrè conuenit, ut pax & cōcordia in coniugio retineatur. ut dicitur, πάσας λαβὲ, μὴ βιασάμενος.

36 Forma laudem meretur.

37 Non conuenit uxorē, quæ frugi & honesta esse cupit, multum ornari, & foris conspici, absente marito.

38 Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit: ut dixit Plautus. Bonum enim est, fugienda aspicere alieno in malo: ut in Publij Mimo docetur.

39 Satius est ducere pauperem benè moratam, quàm diuitem improbā. Matronis enim dos pulcherrima, uita pudica: & dummodo morata rectè ueniat, dotata satis est: ut apud Plautum Megadorus diues sorori loquitur.

* Pro ἢ εὐγένειαν.

40 Mulier malè morata & improba, causa est infelicis coniugij.

41 Alij liberorum plus diligunt patrem, alij plus matrem: quod frequentius accidit ex causa quam Atheneus indicat.

42 In serò pœnitentes: quēadmodum aliàs dicere solemus, ὀψὲ φρονεῖς. Et quemadmodum à Platone uerè dictum est, οὐκ ἐπὶ τὸ μὴ δρᾶν κακὰ τρεπόμεθα οἱ πλεῖστοι, δράσαντες δὲ σκανεῖσθαι πειρώμεθα.

43 Nemo pauperū exoptat amicitiam.

44 Deus punit suo tempore peccata: ut dicitur, ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. & apud Herodotū in uersu dicitur, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.

35

Γυναῖκα γὰρ χρὴ πάντα συγχωρεῖν πόσει, ἥτις φρενήρης.

36

Τὸ μὲν γὰρ εἶδος αἶνον ἄξιον φέρει.

37

Γυνὴ δ᾽ ἀπόντος ἀνδρὸς ἥτις ἐκ δόμων
εἰς κάλλος ἀσκεῖ, διάγραφ᾽ ὡς οὖσαν κακήν.
οὐδὲν γὰρ αὐτὴν δεῖ θύραισιν εὐπρεπὲς
φαίνειν πρόσωπον, ἤν τι μὴ ζητῇ κακόν.

38

Τὰ γὰρ κακὰ
παράδειγμα τοῖς ἐσθλοῖσιν, εἴσοψίν τ᾽ ἔχει.

39

Ὅστις δὲ πλοῦτον * ἢ γένειαν εἰσιδὼν,
γαμεῖ πονηρὰν, μῶρός ἐστι. μικρὰ γὰρ
μεγάλων ἀμείνω, σώφρον᾽ ἐν δόμοις λέχη.

40

Τύχη γυναικῶν εἰς γάμους. τὰ μὲν γὰρ εὖ,
τὰ δ᾽ οὐ καλῶς πίπτοντα δέρκομαι βροτῶν.

41

Ὦ παῖ, πέφυκας πατέρα σὸν στέργειν ἀεί.
ἔστιν δὲ καὶ τόδ᾽. οἱ μὲν εἰσὶν ἀρσένων,
οἱ δ᾽ αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός.

42

Ὀψὲ στενάζεις, ἡνίκ᾽ οὐκ ἔχεις ἄκη.

43

Πένητας οὐδεὶς βούλεται κτᾶσθαι φίλους.

44

Νέμοι τοι δίκαν θεὸς ὅταν τύχῃ.
† Σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀνόσια δ᾽ εἰργάσω
τάλαιν᾽ οὐνέταν.

45

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς οἶκος ἀθλιώτερος
τῶν a Τανταλείων, οὐδ᾽ ἔφη πίτ᾽, ἐκγόνων.

† Εἴκε πάθοι τὰ κ᾽ ἔρεξε, δίκη κ᾽ ἰθεῖα γένοιτο, ut in uersu Rhadamanthi apud Aristotelem dicitur.

a Atridæ fuerunt è Tantalo prognati. Tantali enim filius fuit Pelops, huius Plisthenes Atridarum pater. Ea familia nihil fuit potentius, nihil ergo calamitosius. τὰ μεγάλα γοῦν περὶ μεγάλοις κινδύνοις φιλεῖ αἱρεῖσθαι: ut est apud Herotodum.

35
Mulierem enim conueniebat omnia concedere marito,
Quæ saltem mentis est compos.

36
Forma etenim laudem dignam habet.

37
Mulierẽ autem, absente uiro quæ peregrè
Ad pulchritudinem se comit, tu refer in album improbarum.
Nihil enim ipsam in plateis decet decoram
Præ se ferre faciem, nisi quid quærat malè.

38
Nam mala
Exemplo sunt bonis, inspectionemq; præbent.

39
Quisquis uerò diuitias, aut nobilitatem spectans,
Ducit improbam, fatuus est. humilia enim
Magnificis præstant, modò sint pudica domi connubia.

40
Fortuna mulierum nuptias moderatur. partim enim prosperè,
Partim uerò non benè cadere uideo res hominum.

41
O' filia, natura inseuit, patrem tuum ut piè ames perpetuò.
Ita autem accidit. alij quidem sunt marium,
Rursum alij diligunt matres plus patre.

42
Serò suspiria ducis, quando non habes remedia.

43
Inopes nemo uult sibi conciliare amicos.

44
Tribuit sanè uindictam Deus suo tempore.
Dira quidem passa es, enormia quoque designasti,
Misera, in thori socium.

45
Non est ulla domus calamitosior,
Quàm Tantali, neque extitit unquam, nepotum.

46 Qui

35 Electræ ad Clytemnestrã, quòd patienter conueniebat tulisse mores & peccata Agamemnonis.

36 Electræ, loquentis de Helena & Clytemnestra sororibus.

37 Electræ, ad matrem Clytemnestram, quòd uix profecto Agamemnone ad Troiam incepisset flauos ad speculum capillos fingerè, ut eò melius placeret Aegistho.

38 Eiusdem ad eandem, quòd intuita in exemplũ sororis Helenæ impudicæ, ipsa debuisset abstinere à similibus.

39 Eiusdem ad eandẽ, quòd Aegisthus stultè fecerit, ducẽs Clytemnestram improbã, propter diuitias.

40 Chori uerba sunt, cur nuptiæ non similiter cadant omnibus.

41 Clytemnestræ ad Electrã, dictitãtem impiè fecisse se matrem, quòd Agamemnonẽ interfecisset.

42 Electræ ad Clytemnestrã, pœnitentem, quòd eam nuptũ dederit colono rustico, obsecuta marito Aegistho.

43 Electræ ad Agamemnonẽ, quòd sola, nulla mulierum præsente, quæ adesset, pepererit, propter amicorum inopiam.

44 Chori ad Clytemnestrã, dum clamans interficitur ab Oreste.

45 Chori, interempta iam Clytemnestra, in ædibus coloni, cui uxor data fuerat Electra.

46 Nihil dulcius patria, nihil ergo difficilius quàm eam relinquere. Extant de patriæ solo gratissimo, aliquoties lepidissimi uersiculi apud Ouidium, apud Homerum etiam de Vlysse, quos facilè quis huc accommodabit.

47 Dij non adsunt improbis, neque iuuant periuros: quorũ consortia uitanda sunt.

48 Beatus qui uiuit in uita sine tragicis & magnis calamitatibus.

46

Καὶ τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους,
ἢ γῆς πατρῴας ὅρον ἐκλιπεῖν;

47

Τοῖς μὲν μυσαροῖς οὐκ ἐπαρήγομεν.
οἷσι δ' ὅσιον, καὶ τὸ δίκαιον,
φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλεπῶν
ἐκλύοντες μόχθων, σώζομεν.
οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω,
μὴ δ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω.

48

Χαίρειν δ' ὅστις δύναται,
καὶ ξυντυχίᾳ μή τινι κάμνει,
θνητῶν εὐδαίμονα πράσσει.

Τέλος.

46
Qui'nam alij gemitus grauiores,
Quàm soli natalis fines relinquere?

47
Scelestis quidem non opitulabimur:
Quibus autem sanctum & iustum
Cordi est in uita, hos grauibus
Liberatos laboribus, seruabimus.
Proindè iniustè agere nulli libeat,
Neque periuris cum unà nauiget.

48
Valere quisquis potest,
Et infortunio nullo laborat,
Mortalium bene beateq; uiuit.

FINIS.

y

46 Orestis ad Dioscuros, cũ iuberetur proficisci è patria Athenas, ut ibi expiaretur à cæde materna.

47 Dioscurorum, hoc est Castoris & Pollucis, qui nautarũ opitulatores sunt in tempestatibus: quòd ipsi dij non adsint improbis.

48 Chori, ad spectatores.

ARGVMENTVM TRAGOEDIAE
Euripidis, Iphigeniæ in Tauris.

Orestes post interfectam matrem miserè exercetur à conscientia carnifice.

Orestes iubetur simulachrum Dianæ è Scythia transportare Athenas.

Orestes cum Pylade comprehenditur à pastoribus Scythicis, ut mactetur hostia Dianæ.

In Scythia hospites mactabantur Dianæ.

Orestes, Pylades & Iphigenia, ablato Dianæ simulachro, è Scythia in Græciam aufugiunt.

Καταστροφὴ huius fabulæ planè comica.

ORestes interfecta matre Clytemnestra, cum in exilium actus, fugitiuus uarijs malis & periculis exerceretur: à furijs quoque carnificibus, infernalibus ultricibus maternæ cædis exagitaretur: consuluit Apollinem, quomodo cùm matris cædem expiare, tum quoque à malis præsentibus pariter omnib. liberari posset. Is iussit proficisci ad Tauros Scythiæ: & simulachrũ Dianæ cœlitus delapsum, idq; inde furto clàm surreptum, Athenas transferre. Eo enim perfuncto, laborum quoque suorum se finem inuenturũ. Eò igitur cum Pylade suo, quem laborum & infortunij sui constantem & fidum socium semper habuit, profectus: cum uix ad littus regionis eius appulissent, uterque à pastoribus eius loci compræhensi, & uincti, abducti sunt ad Iphigeniam Dianæ sacerdotisśá, ut pro more & consuetudine Dianæ uictima fierent. ei enim Iphigenia, omnes aduenas hospites mactare, & sic deam humanis hostijs placare solebat. Deinde cum Orestes, qui esset, & unde aduenisset, Iphigeniæ prolixè exposuisset: ipsa quoque contrà, tum alia de suis rebus exposuisset, tum quoque commemorasset quomodo ex Aulide (ubi mactata fuisse credebatur) supposita cerua à Diana, in Tauricam regionem sublata fuisset: cum utrinque inuicem agnouissent, de communi consilio, arrepto Dianæ simulachro, conscensa naui, Iphigenia cum Oreste & Pylade in Græciam transfugerunt. Eos cũ naui persequi conaretur Thoas, eius terræ rex, à Minerua, quæ componit omnia, est prohibitus. Habetque sic hæc tragœdia euentum planè Comicum, quemadmodum Euripidis aliquot aliæ similiter exeunt.

PERSO-

PERSONAE *Fabulæ.*

Iphigenia, filia Agamemnonis: quæ cum in Aulide iratæ Dianæ immolanda esset, dea miserta illam sustulit, ceruamq; pro ea supposuit: uirginem autem in Tauricam regionem transtulit, ubi à Thoante rege, eiusdē deæ sacris præfecta est, quæ hospitum mactatione peragi solebant.

Orestes, filius Agamemnonis, frater Iphigeniæ.

Pylades, amicus constantissimus Orestis.

Chorus, constans ex Græcanicis mulieribus, famulabus Iphigeniæ.

Bubulcus, nuncians Iphigeniæ, captos esse à pastoribus duos hospites Græcos, in littore.

Thoas, rex in Tauris Scythiæ.

Nuncius alter, qui annunciat regi Thoanti, aufugisse Iphigeniam cum simulachro Dianæ in Græciam.

Minerua, finiens tragœdiam: & quæ prius tristia fuerant, læta omnia efficiens.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΣ Ἥ ΚΑΛΕΙΤΑΙ ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ἐν Ταύροις.

1 Filij sunt columen familiæ.

1



τῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.

2 Deorum responsis, uerbo & oraculis adhibenda fides.

2

Τὸν τοῦ θεοῦ δὲ χρησμὸν οὐκ ἀπιστέον.

3 Fortes soli labores obeunt, molles uerò non item.

3

τοὺς πόνους γὰρ οἱ 'γαθοὶ
τολμῶσι· δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ.

4 Si omnino moriendum est, id agendum ut honestè moriamur: quemadmodum est apud Homerum de Hectore, in ultimo congressu cum Achille.

4

Γηλάδη θανούμεθ', ἀλλ' ὅπως θανούμεθα
κάλλιστ'.

5 Infelices solent esse infensi felicioribus.

5

Οἱ δυστυχεῖς γὰρ τοῖσιν εὐτυχεστέροις,
αὐτοὶ κακῶς πράξαντες, οὐ φρονοῦσιν εὖ.

6 Immundi qui apud Ethnicos fuerint, ideoq; ab aris prohibiti.

* Veterum dij mactationib. hominum gaudebant. Fuerunt ergo immisericordes dij, calamitate hominum miserorum lætantes: rarò domi, cum auxilio opus erat: quemadmodum est apud Homerũ in Iliade, & Aristophanem in Pace.

a Homines improbi sæpè in Deos referunt ea, quorum dij non sunt nec authores, nec approbatores.

b Nullus deorũ impius est, quòd tunc dij esse desinant: quemadmodum in uersu Aeschyli dicitur, θεοὶ ἄν τι δρῶσι αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶ θεοί.

6

τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα,
ἥτις βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου,
ἢ καὶ λοχείας ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν,
βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη.
* αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις.
οὐκ ἔσθ' ὅπως ἔτεκεν ἂν ἡ Διὸς δάμαρ
Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν. ἐγὼ μὲν οὖν
τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα
ἄπιστα κρίνω, παιδὸς ἡσθῆναι βορᾷ.
a τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους,
εἰς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ.
b οὐδένα γὰρ οἶμαι τῶν δαιμόνων εἶναι κακόν.

7 Spes lucri homines per maria & terras, pericula & labores agit.

7

Φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ
πήμασι βροτῶν ἄπληστος ἀνθρώποις,
ὄλβου βάρος, οἳ φέρονται
πλάνητες ἐπ' οἶδμα, πόλεις τε
βαρβάρους περῶντες.

EX TRAGOEDIA
QVAE VOCATVR IPHIGENIA in Tauris.

1



Ilij enim mares sunt columnæ familiæ.

2

Dei uerò oraculum non reijciendum, ut falsum.

3

Labores enim, qui fortes sunt,
Audent: timidi autem sunt nihil usquam.

4

O' Pylades, moriemur: sed uide ut moriamur
Honestissimè.

5

Infelices enim beatioribus,
Ipsi cum malè habent, iniquiores sunt.

6

Sed huius deæ incuso consilia,
Quæ mortalium quidem si quis commiserit cædem,
Aut puerperam aut cadauer attigerit manibus,
Ab aris arcet, tanquam execrabilem existimans.
Ipsamet uerò uictimis oblectatur, quæ constant ex cæde humana.
Non est, quòd pepererit Iouis uxor
Latona tantam† inscitiam. Ego quidem
*Quas * Tantalus apposuit dijs epulationes,*
Fide non dignas iudico, filij oblectatum esu.
Sed ipsos huius terræ incolas, cum sint homicidæ,
In deam hoc peccatum referre existimo.
Neminem enim existimo deorum esse malum.

7

Dulcis enim spes est, per
Mala mortalium inexpleta hominibus,
Diuitiarum propter copias, qui feruntur
Errones, per mare ciuitatesq;
Barbaras penetrantes,

1 Iphigeniæ, de fratre Oreste adhuc superstite, extincto patre Agamemnone.

2 Pyladæ, de oraculo Apollinis, qui iusserat Orestem auferre simulachrũ Dianæ, quod in Tauris colebatur, finem omnium suorum malorum.

3 Eiusdem, ad Orestem: audendum & conandum esse, ut superato templo simulachrum secum auferant.

4 Orestis ad Pyladem, ut fortiter stet contra pastores, qui se comprehensos uictimá Dianæ offerre uolebant, pro terræ more & consuetudine.

5 Iphigeniæ, de Helena & Menelao, quos ulcisci cupit, propterea quod sibi causa fuerint ut mactaretur Dianæ in Aulide.

6 Eiusdem Iphigeniæ, detestantis sacra, quibus mactati immolabantur hospites.

† Id est, Non puto uerisimile esse, quòd Latona tam impiá & crudelem filiam Dianam pepererit, quæ gaudeat uictimis humanis.

* De Tantalo, quomodo dijs conuiuis proposuerit filium Pelopẽ epulandum, est in Pindaro 1. Olympiorum.

7 Chori, quòd multi homines spe & cupiditate lucri & diuitiarum, nauigantes maria, in plurima pericula seipsos conijciant.

κοιναὶ δόξαι.* γνῶμαι
δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβος,
τοῖς δ' εἰς μέτρον ἥκει.

8

τὰς τύχας τίς οἶδ', ὅτι
τοιαῖδ' ἔσονται; a πάντα γὰρ τὰ τῶν θεῶν
εἰς ἀφανὲς ἕρπει, b κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν·
ἡ γὰρ τύχη παρήγαγ' εἰς τὸ δυσμαθές.

9

Οὔτοι νομίζω σοφόν, ὃς ἂν μέλλων θανεῖν,
οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοῦ 'λέθρου νικᾶν θέλει,
οὐθ' c ὅστις ἄλλον ἐγγὺς ὄντ', οἰκτίζεται,
σωτηρίας ἂν ἐλπίς. ὡς δύ' ἐξ ἑνὸς
κακῷ συνάπτει, μωρίαν τ' ὀφλισκάνει,
θνήσκει θ' ὁμοίως. τὴν d τύχην δ' ἐᾶν χρεών.

10

τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ.

11

Οὐ γὰρ ὅνγ' e ἐγ' ὦδα τῶν εὐδαιμόνων.

12

Ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος ὤν.

13

ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα.
f οὐθ' οἱ σοφοί γε δαίμονες κεκλημένοι,
πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι.
g πολὺς ταραγμὸς ἔν τε τοῖς θεοῖς ἔνι,
κἂν τοῖς βροτείοις.

14

τὰ τῶν φίλων
αἴσχιστον ὅστις καταβαλὼν εἰς ξυμφοράς,
h αὐτὸς i σέσωσται. τυγχάνει δ' ὅδ' ὢν φίλος,
μου οὐδὲν ἧσσον ἤ με φῶς ὁρᾶν θέλω.

15

τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθήματα,
ἴσασι πάντες, ὧν ἐπιστροφή τις ἦν.

16

Αἰσχρόν, θανόντος σοῦ βλέπειν ἡμᾶς φάος.
κοινῇ τ' ἔπλευσα, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν.
καὶ δειλίαν γάρ, καὶ κάκην κεκτήσομαι.

* Intempestiuũ diuitiarum studiũ, in mala conijcit homines.

8 Nemo potest scire quali fortuna aliquando usurus sit, seu mala, seu læta.

a Deorum consilia & decreta ignota hominibus.

b Nemo potest præscire suũ infortuniũ: quòd id dij absconderint hominibus.

9 Nemo luctu, querela & metu mortem uincet: hoc est, efficiet ne moriatur, cum ipsi iam moriendum est.

c Stultũ est lugere mortuos, cum id sit stultitia, nihilque eo ad salutem proficiatur.

d Quæ aliter fieri nequeunt, Deo committenda sunt in patientia.

10 Fortunæ quisque maleuolentia miser est.

11 Nemo in hac uita beatus.

e Pro ἐγὼ οἶδα.

12 Boni uiri plerunque subiecti sunt cruci, etiam apud Ethnicos: quia diabolus etiam in ethnicis, sine agnitione Dei uiuentibus, odit uirtutem.

13 Somnijs non credendum.

f Dij ethnicis somnijs incertiores habiti.

g Nihil certi in rebus tum diuinis, tum humanis: secundũ Ethnicos, obsequentes quandoq; seu affectibus: seu malis quibus premuntur, ad eiusmodi blasphemias euomendas impulsi.

14 Turpissimum est, ex incõmodo amici suum comparare commodum.

h Amicus alter idem, una anima in duobus habitans corporibus, ut quidam τῶν πάλαι σοφῶν dixisse memorantur.

i Tertia persona præteriti uocis passiuæ uerbi σώζομαι.

15 Regum infortunia, & magnorum uirorum casus facilè innotescunt apud omnes homines. 16 Veri amici & mori & uiuere unà parati.

Communis hic est sensus. studium uerò
Quibus quidem intempestiuum est diuitiarum,
Illis usuenit.

8

Fortunam quis nouit, quòd
Talis erit? omnia enim quæ à dijs ueniunt,
In incertum ueniunt: & ullum non quisquam nouit malũ.
Nam ipsa fortuna ducit ad cognoscendi difficultatem.

8 Iphigeniæ, dolentis infelicitatem Orestis & Pyladæ, qui comprehensi & uincti à pastoribus, mactandi ad aram Dianæ adducebantur.

9

Non certè existimo sapientem, qui cum moriturus est,
Miseratione metum mortis uincere uult:
Neq; qui eius, qui propè Plutonem, miseretur,
Salutis utique spes est. itaq; duo ex uno
Mala conglutinat, & stultitiæ reus est,
Moriturq; nihilominus. sed fortunã liberã sinere cõuenit.

9 Orestis respondentis Iphigeniæ sorori, à qua nondum agnitus fuit, dolenti ipsius infortunium, & præsentem calamitatem, quòd ipsi paulo pòst moriendum esset.

10

Istud attribue fortunæ.

11

Neque enim ego noui eum, quem dicunt ex beatis esse.

12

Verùm non à dijs fortunam habet, iustus existens.

10 Iphigeniæ ad Orestẽ, qui dicebat, rectius se uocari posse miserum, quàm seu Orestẽ, seu quocunque nomine.

11 Orestis, respõdentis Iphigeniæ, quæ quærebat de Agamemnone, nuncupato ab omnib. felici, propter potẽtiã, &c.

12 Orestis ad Iphigeniã, quòd ipse quamuis ab omnibus prædicetur iustè interfecisse matrem, tamen à Deo exerceatur exul miserrimè.

13

Vana insomnia ualete, nihil estis utique:
Neque qui sapientes dij uocantur,
Volucribus somnijs sunt certiores.
Magna perturbatio in rebus diuinis est,
Atque in humanis.

13 Iphigeniæ, lætantis, cum audiret uiuere adhuc Orestẽ filium, & uana esse somnia quæ de eo uiderat ut defuncto.

14

Res amicorum

Turpißimum est quicunque coniecerit in mala,
Ipse saluus sit. existit uerò hic amicus,
Quem nihil minus quàm me lucem uidere cupio.

14 Orestis, cũ Iphigenia uellet dimittere se saluum, Pyladem uerò mactare.

15

Regum enim casus
Norunt omnes, quibus consideratio aliqua est.

15 Pyladis, respondentis Oresti, qui mirabatur quomodo Iphigenia in Scythia existens, notas habeat præcipuas Græcorum familias, & de excidio quoque Troiano sciscitetur.

16

Turpe est, mortuo te nos uiuere.
Pariterq; nauigaui, oportet me etiam pariter mori.
Notam timiditatis enim & ignauiæ comparauero.

16 Pyladis ad Orestem, cum quo uiuere morique paratus est.

17 Improbi multi sunt in uita, & *κακόλογοι οἱ πολῖται*, ut est apud Pindarum

17

Πολλοὶ γὰρ κακοί.

18 Deus punit parricidium.

18

Μητέρα κατακτὰς, αὐτὸς αὐτ᾽ ἀπόλλυμαι.

19 Deus quæ promisit, seruat, etiam tunc cum deseruisse nos putatur.

a In magnis malis homines incipiunt dubitare de Deo, & eius promissionibus.

19

Ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ᾽ οὐ διέφθαρεν μέ πω
μαντεῦμα, καίτοι γ᾽ ἐγγὺς ἕστηκα φόνου.
a ἀλλ᾽ ἔστιν, ἔστιν ἡ λίαν δυσπραξία,
λίαν διδοῦσα μεταβολὰς, ὅταν τύχῃ.

20 Homines in periculis multa pollicentur, quæ deinde nō præstant à metu liberi, sed fiūt insolentes.

20

Οὐδεὶς αὐτὸς ἐν πόνοις ἀνὴρ,
ὅταν γε πρὸς τὸ θάρσος ἐκ φόβου πέσῃ.

21 Multa multis in uita accidunt mala. Singuli in uita habemus, quo cum cōflictemur, alius aliud.

21

Πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ.

22 Magni & potentes in mūdo, magnis quoque subijciuntur calamitatibus.

22

Γένει μὲν εὐτυχοῦμεν· εἰς δὲ συμφορὰς,
ὦ σύγγον᾽, ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος.

23 Nulla calamitas sola.

23

Ἀλλα δ᾽ ἐξ ἄλλων κυρεῖ.

24 Sapientum est, obseruare occasionem, & ea uti ad meliorem fortunam comparandam.

* Pro *μὴ ἐκβάντας*.

24

Σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν ταῦτα, * μὴ ᾽κβάντας τύχης,
καιρὸν λαβόντας, ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν.

25 Citius obliuiscimur mulieris mortuæ, quàm uiri defuncti.

25

Οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἀνὴρ μὲν ἐκ δόμων
θανὼν ποθεινὸς· τὰ δὲ γυναικὸς, ἀσθενῆ.

26 Furibus grata nox est: ueritati uerò, quæ neminem reformidat, dies.

26

Κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆς δ᾽ ἀληθείας τὸ φῶς.

27 Mulieres ingeniosæ ad fraudes inueniendas.

27

Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες, εὑρίσκειν τέχνας.

28 Mulier multum potest ad flectendos animos hominum, ad misericordiam mouendam.

28

Ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνή.

29 Mulier mulieri adest, & altera alteram iuuare solet.

29

Γυναῖκές ἐσμεν φιλόφρον ἀλλήλων γένος,
σῴζειν τε κοινὰ πράγματ᾽ ἀσφαλέστατοι.

30 Homo taciturnus, qui nō effutit commissa, res pulchra est.

30

Καλόν τι γλῶσσ᾽, ὅτῳ πίστις παρῇ.

31 Miserum est, ex diuite fieri pauperem.

31

τὸ γὰρ μετ᾽ εὐτυχίας κακοῦσθαι,

θνατοῖς

17
Plerique enim improbi.

18
Matrem ubi interfeci, ipse uicissim pereo.

19
Sed Dei me fefellit nunquam
Vaticinium, qua nuis propè steti cædem.
Verùm omnino incredibilis infelicitas
Incredibiles dat perturbationes, quando uenerit.

20
Nullus sibi similis in periculis homo,
Quoties ad audaciam ex metu uenerit.

21
Multa enim multis accidunt.

22
Genere quidem beati sumus: ad calamitates uerò,
O' soror, nostra infelix est uita.

23
Alia ex alijs eueniunt.

24
Sapientium enim uirorum hæc: non egredientes fortunã,
Occasione capta, uoluptates alias capere.

25
Namque uir quidem ex familia
Cum moritur, desiderabilis: mulieris uerò res, imbecilles.

26
Furibus enim idonea est nox, sed ueritati lux.

27
Ingeniosæ enim mulieres, ad inueniendum fraudes.

28
Habet enim uim quandã ad mouẽdã misericordiã mulier.

29
Nos mulieres sumus beneuolæ inuicem omnes,
Et ad seruandum communes res certissimæ.

30
Eximia quædam res est lingua, cui fides adfuerit.

31
Namque post bonam fortunam miserè affici,

17 Eiusdem ad eundẽ, quòd improbi malè sint locuturi de Pylade, si Oreste interfecto, ipse in uita manserit.
18 Orestis ad Pyladem, quòd luat pœnas parricidij.
19 Pyladis ad Orestẽ, ne incuset Apollinem mendacis uaticinij, quo proficisci iussus fuerat ad Tauros, ut ibi sine captiuitate, sine uinculis, sine deniq; ullo periculo expiaretur à cæde materna. Posse enim Deum auxiliari, & ueritatem uaticinij implere etiam in ipso mortis articulo, & è periculis subitò liberare.
20 Iphigeniæ, ad Orestem & Pyladem, quòd liberati ne mactentur, & deinde à metu soluti, non sint seruaturi quæ promiserint.
21 Iphigeniæ ad Pyladẽ, quòd nauigantib. in mari, & deniq; omnib. peregrè proficiscentibus, uaria accidere possunt.
22 Orestis, cũ Iphigenia beatam prædicaret patriam, quæ educasset Orestem.
23 Orestis ad Iphigeniã, quòd nulla calamitas sola sit.
24 Chori, monentis Orestẽ, ut cogitet de occasione, quomodo saluus unà cum sorore Iphigenia ex Scythia euadat.
25 Iphigeniæ, quòd cupiat seruare fratrem Orestẽ iam agnitũ, etiamsi moriendum sibi sit.
26 Orestis ad Iphigeniã, ut absconditus in templo Dianæ, noctu furetur simulachrũ eius, propter quod ex Græcia de Apollinis iussu aduenerat.
27 Orestis ad Iphigeniã, dicentẽ se habere consiliũ, quo abducere possint Dianæ simulachrum sine periculo.
28 Orestis ad eandẽ, ut persuadeat mulieribus ex quibus Chorus constabat, ne prodant conatus Iphigeniæ & Orestis.
29 Eiusdem Iphigeniæ ad easdem, ut taceant. 30 Eiusdem ad easdem, à quibus petit taciturnitatem. 31 Chori, deplorantis suam seruitutem, in terra barbara Scythia.

θνατοῖς βαρὺς αἰών.

32 Parricidæ abominandi etiam barbaris.

32

Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἔτλη τίς ἄν.

33 Mos, lex & cõſuetudo cuiuſque terræ nõ eſt neglıgẽda. νόμος γὰρ καὶ χώρα: Lex eſt & regio, ut dicitur.

33

Τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν.

34 Mare abluit hominum peccata.

34

Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.

35 De hominibus malę fidei. uide prouerb. Græca fides.

35

Γιστὸν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν.

36 Mulieribus non fidendũ.

36

Ἄπιστον γυναικεῖον γένος.

37 Qui dijs non credit, ſtultus eſt.

37

Ἄνασσ' Ἀθάνα, τοῖσι τῶν θεῶν λόγοις
ὅστις κλύων ἄπιστος, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.

38 Contra Deos, contra denique ſe fortiores non pugnandum, nihilq; ſuprà uires agendum.

38

Τί γὰρ
πρὸς τοὺς θέλοντας θεοὺς ἁμιλλᾶσθαι καλόν;

39 Dijs obtemperandum: quodq; ipſi uolunt, nobis quoque probari debet.

39

Τὸ γὰρ χρεών σου τε, καὶ θεῶν, κρατεῖ.

Τέλος.

Mortalibus grauis uita est.

32

O' Apollo, neq; apud barbaros hoc quisquã ausus fuisset.

33

Ritum necessitas est constitutum colere.

34

Mare abluit omnia hominum peccata.

35

Fidele Græcia nihil nouit.

36

Perfidum muliebre genus.

37

O' regina Minerua: sermonibus deorum,
Qui, cum audit, fidem non habet, non rectè sapit.

38

Quid enim,
Contra fortiores Deos certare, pulchrum?

39

Voluntas enim tua, & deorum, uincit.

FINIS.

32 Thoantis regis Scythiæ, ad Iphigeniam, cum audiret Orestem occidisse matrẽ suã.
33 Iphigeniæ ad Thoantem, quòd uelit mactare Orestem & Pyladem, pro more eius terræ.
34 Iphigeniæ ad Thoantem, quod uelit laudans aqua marina, præparare parricidas istos duos ad mactationem.
35 Iphigeniæ, iubentis addere uincula Oresti & Pyladæ, ne aufugerent.
36 Nuncij, nunciantis quòd Iphigenia unà cum Oreste & Pylade arrepto Dianæ simulachro aufugerint.
37 Thoantis ad Mineruam, quæ monet eum ne persequatur naui Iphigeniam, cuius opera euaserunt Orestes cum Pylade.
38 Eiusdem ad eandem.
39 Eiusdem ad eandẽ, quòd dijs sit obtemperandum.

ARGVMENTVM TRAGOEDIAE *Euripidis Rhesi.*

RHesus, filius quidem fuit Strymonis & Terpsichores, Musarum unius. Thracum uerò dux existens, ad Ilium peruenit noctu, cum castra haberent Troiani iuxta naues Græcorum. Hunc Vlysses & Diomedes exploratores existentes interficiunt, Minerua eos admonente, quòd magnum immineret Græcis periculum ex hoc: Terpsichore uerò apparens, filij cadauer ad sepulturã sustulit. Hanc fabulam nonnulli subdititiam existimarunt, tanquam non sit Euripidis. Sophoclis enim magis exhibet characterem dicendi. Sed in actionib. fabularum, tanquam legitima inscripta est. Etenim circa res sublimes in ea magnifica actio, Euripidem authorem refert. Scena huius fabulæ in Troia est. Chorus constat ex custodibus Troianis, qui etiam proloquuntur. Continet uerò nocturnam congregationem.

ALIVD ARGVMENTVM EX LIB. II. *historiæ Troianæ Dictys Cretensis.*

Rhesus rex Thracum uenit auxilio Troianis cũ magna Thracum copia.

Per idem tempus Rhesus de Eroneo genitus, haud alienus à Priami amicitia, pacta mercede cum magnis Thracum copijs aduentabat. Is incidente iam uespere paulisper moratus apud Oen insulam, quæ antè positam ciuitatem continenti eius adiungitur: secundam circiter uigiliam ingressus Troianos campos, explicitisque tentorijs ibidem, opperiebatur. Quod ubi Diomedes atque Vlysses, uigilias in ea parte curantes, procul animaduertere, rati Troianos à Priamo exploratum missos, arreptis armis, mox presso gradu circumspicientes omnia, pergunt ad eum locum. Tum fatigatis ex itinere custodibus, & ob id somno presis, ijque & interius progresi, in ipsis tentorijs regem interficiunt. Dein nihil ultrà audendum rati, currum eius & cum egregijs insignibus equos ad naues ducunt. Ita reliquum noctis in suis quisque tabernaculis requiescentes transigunt. At lucis principio reliquos duces conueniunt, eos facinus ausum expletumque docent. Ac mox rati barbaros incensos cæde regis affore, iubet omnes frequentes apud arma agere, opeririq; hostem.

Diomedes cum Vlysse interficiunt Rhesum in tentorio, defatigatum ex itinere, & somno oppressum.

Neque multo pòst Thraces uiri expergefacti è somno, regem interemptum fœda ac miseranda facie intra tentoria animaduertêre, & uestigia abducti currus manifesta sunt. Raptim ac sine ullis ordinibus, ut quenque sors conglobauerat, ad naues euolant. Quibus procul uisis, nostri conferunt inter se, atque imperia seruantes eunt obuiam. Sed Aiaces duo aliquantum in aciem progresi, primos Thracum inuadunt atq; opprimunt. Dein reliqui duces, ut quisque locum cæperat, cedere singulos: & ubi conferti steterant, bini aut amplius congregati, impetu suo dissoluere. Ac mox dispersos palantesq; interficere, prorsus uti nullus reliquus cædis fieret. Ac statim Graij extinctis qui aduersum ierant, signo dato ad tentoria eorum pergunt. Ac illi qui custodes castris relicti soli superfuerant, uisis contrà hostibus, terrore ipso miserandum in modum effœminati, omnibus omisis ad mœnia confugiunt. Tum undique uersus nostri ingruentes, arma, equos, regias opes, & ad postremùm uti quidq; sors dederat, præripiunt. Hoc modo uictores Graij deletis cum Imperatore Thracibus, onusti præda ac uictoria, ad naues

Græci confligunt cum Thracum exercitu, uolente ulcisci regem Rhesum interfectum.

Graij, cæsis Thracibus, onusti præda & uictoria ad naues redeunt.

ues digrediũtur. Quum interim Troiani ex muris respectantes, neque quicquam pro socijs ausi, intra mœnia tamen trepidabant. Igitur barbari tot iam aduersis rebus fracti, legatos inducias postulãtes, ad Græcos mittunt. Ac mox nostris conditionem approbantibus, interposito sacrificio fidem pacti firmauere.

PERSONAE.

Chorus, custodum Troianorum.

Hector, filius Priami fortissimus, & natu maior.

Aeneas, filius Anchisæ.

Dolon Troianus, qui ab Hectore mittitur ad explorãdum res Græcorũ, proposito præmio equis Achillis, interceptus & interfectus ab Vlysse & Diomede, exploratoribus Græcorum.

Nuncius, pastor qui nunciat Hectori, aduenisse Rhesum noctu cum exercitu ingenti, ad auxiliandum Troianis, contra Græcos.

Rhesus dux Thracum, interfectus in castris ab Vlysse & Diomede.

Vlysses
Diomedes } Græcorum exploratores.

Minerua, quę Rhesum Vlysi & Diomedi prodidit, & quo modo interfici posset, ostendit.

Paris, filius Priami, qui Helenam Menelai uxorem rapuit.

Musa, mater Rhesi, quæ deflet filium interfectum.

Rhesi auriga, qui primus Troianis Rhesum interfectum nunciat.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΣ Ἡ ΚΑΛΕΙΤΑΙ ΡΗΣΟΣ.

1



Ἐν ὀρφνῇ δραπέτης μέγα σθένει.

2

Ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος, ὁπλίζειν χέρα.

3

Αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν, καὶ πρὸς αἰσχύνῃ κακόν,
θεοῦ διδόντος, πολεμίους ἄνευ μάχης
φεύγειν ἐᾶσαι, πολλὰ δράσαντας κακά.

4

Εἴθ' ἦσθ' ἀνὴρ εὔβουλος, ὡς δρᾶσαι χερί,
ἀλλ' οὐ γὰρ [a] ὡυτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
πέφυκεν, ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας·
σὲ μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ βουλεύειν καλῶς.

5

Νικᾶτ', [b] ἐπειδὴ πᾶσιν ἁνδάνει τάδε.

6

Οὔτοι πάντ' ἐγὼ δυνήσομαι
πόλει πατρῴᾳ, συμμάχοις θ' ὑπαρκετεῖν.

7

Γατρὸς δὲ καὶ πρὶν εὐκλεᾶ δόμον,
νῦν δὶς τοσοῦτ' ἔθηκας εὐκλεέστερον.

8

Γονοῦντα δ' ἄξιον
μισθὸν φέρεσθαι. παντὶ c γὰρ προσκείμενον
κέρδος πρὸς ἔργῳ, τὴν χάριν τίκτει διπλῆν.

9

Οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω.

10

Κακοὶ γεωργεῖν χεῖρες εὖ τεθραμμέναι.

11

Χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν,
ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος.

12 Μέγας

1 Nox fugientibus amica.

2 Optima ratio est, sine mora aggredi hostes. Apud Terétium uerò aliter sentit ille, qui omnia prius consilio quàm armis experiri sapientes iubet.

3 Turpe est hostes fugientes & iam cæsos non persequi.

4 Non omnia possumus omnes: Nemo habet omnia dona.

a Pro ὁ αὐτός.

5 Quæ omnes probant, illis non est repugnandum. πολλῶν γὰρ ἐράσων μιλέτω, μέζων ἐπιθήκη: ut est apud Hesiodum.

b Id est, placet mihi uestrum consilium, quia probatur ab omnibus.

6 Vnus uir non sufficit omnibus laboribus, omnibusque pariter officijs.

7 Liberi suis uirtutibus augent decus paternum.

8 Mercenarius dignus mercede.

c Honos & præmium alit artes, & extimulat homines ad studium & laborem. Noti sunt elegantes Martialis uersiculi: Sint Mœcenates, non deerunt Flacce Marones: Vergiliumq; tibi uel tua rura dabunt.

9 Aequalis uxor ducenda, quemadmodum in uersu Ausonij dicitur: Par pari iugato coniux, dissidet quod impar est. Idé monet uetus sapiétis dictum, γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων.

10 Homines molliter & delicatè educati, inepti sunt ad labores.

11 Proposito digno præmio, citius subimus pericula.

EX TRAGOEDIA QVAE VOCATVR RHESVS.

1



N nocte fugitiuus multum ualet.

2

Simplicissima contra hostes ratio, armare manus.

3

Turpe enim nobis, & ad turpitudinem damnosum,
Deo concedente, hostes absq; pugna
Fugere sinere, multa inferentes mala.

4

Vtinã esses uir tã bonus in dando cõsilio, q̃ prõptus manu.
Sed enim non unus idemq;, omnia ut sciat, hominum
Natus est: alij aliud additum est donum.
Te quidem pugnare, alios benè consultare.

5

Vincitis, quoniam omnibus placent ista.

6

Nequaquam omnia ego possum
Ciuitati paternæ & socijs administrare.

7

Patris etiam prius quidem insignem domum,
Nunc bis tantundem reddidisti insigniorem.

8

Sed laborantem decet, dignum
Præmium accipere. Cuiuis enim addictum
Præmium rei, studium duplicat.

9

Nolo, quàm ego sim, ex nobilioribus contrahere nuptias.

10

Ignauæ sunt ad agros colendum manus benè educatæ.

11

Conuenit uerò pro dignis subire discrimen,
Vitam obijcientem in alea dæmonis.

1 Hectoris ad Chorum, nunciantem, fugere noctu in Græciam iterum omnem Græcorum exercitum.

2 Hectoris ad Chorum, de hostibus qui fugam parare credebantur.

3 Hectoris ad Aeneam, de hostibus Græcis, quos trepidos fugã capessere credebat.

4 Aeneę obiurgantis Hectorem, quòd noctu cõtra hostes pugnaturus se obijcere periculis uellet.

5 Hectoris ad Aeneã & Chorum, quibus uidebatur optimum, prius mittere exploratorem ad Græcorum exercitum, antequam armis decertetur.

6 Hectoris ad Troianos, quærentis 'qui'nam uelit speculator abire ad Græcorum exercitum.

7 Hectoris laudantis Dolonem, quòd ultro ad explorandum res Græcorum ire uellet.

8 Dolonis ad Hectorẽ, quòd nemo gratis libenter se exponat periculis.

9 Dolonis recusantis fieri gener Priami, pręmium explorationis.

10 Dolonis, cum Hector ipsi polliceretur præmium Aiacis Oilei filiam.

11 Eiusdem, petentis ab Hectore præmiũ equos Achillis.

12 Quintilianus dixit, Natura nihil magnum uoluit effici citò (sine etiam periculo) proposuitq; pulcherrimæ cuique rei difficultatem.

* Res ingens, fieri domini, seu regis, seu principis sui, generum: ut est apud Terentiũ.

12

Μέγας ἀγών, μεγάλα δ' ὑπονοεῖς ἑλεῖν.
μακάριος γ' ἐμὴν κυρήσας ἔσῃ·
πόνος δ' εὐκλεής.
μέγα * δέ, κοιράνοισι γαμβρὸν πέλειν.

13 A sapiente uiro sapientia discenda est: Quodq; parùm nouit, nemo docere potest.

13

Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν.

14 Rustici plerunq; crassi, rudes & imperiti, & indocti sunt.

14

ἡ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί.

15 Rustici & pastores, homines importuni sunt.

† Rusticanum oratorem ne contempseris.

15

Σκαιοὶ βοτῆρες ἐσμέν, οὐκ ἄλλως λέγω·
ἀλλ' † οὐδὲν ἧσσον σοι φράσω κεδνοὺς λόγους.

16 Dijs uolentibus facilè aduersa in læta mutantur.

16

Ὅταν πολίταις εὖ σταθῶσι δαίμονες,
ἕρπει κατάντης συμφορὰ πρὸς τ' ἀγαθόν.

17 Fœlicium multi sunt amici.

17

Πολλούς, ἐπειδὴ τοὐμὸν εὐτυχεῖ δόρυ,
καὶ ζεὺς πρὸς ἡμῶν ἐστιν, εὑρήσω φίλους.

18 Multi ollæ & mensæ tantum amici sunt, non præsentes in periculis.

18

Ῥῆσος δ' ἔδειξεν οἷος ἦν Τροίας φίλος.
ἥκει γὰρ ἐς δαῖτ', οὐ παρὼν κυνηγέταις
αἱροῦσι λείαν, οὐδὲ συγκαμὼν δορί.

19 Finis inspiciẽdus est, quòd fortuna sit inconstans.

19

Ὅρα τὸ μέλλον· πολλ' ἀναστρέφει θεός.

20 Beneficium bis dat, qui citò dat: Gratiaque officio, quod mora tardat, abest: ut dixit Ouidius.

20

Μισῶ, φίλοισιν ὕστερον βοηδρομεῖν.

21 Viri est, quid sentiat dicere, nec simulare quicquam.

21

Φιλῶ λέγειν
τἀληθὲς αἰεί, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.

22 Sinceritati, candori & simplicitati semper studendum.

22

Τοιοῦτός εἰμι κ' αὐτός, εὐθεῖαν λόγων
τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.

23 Sat cito, si sat benè.

23

Ἀλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον, ἐν καιρῷ δ' ὅμως.

24 Præsentia rectè curanda prius, deinde quæ procul absunt.

24

Μὴ νῦν τὰ πόρρω, τἀγγύθεν μεθεὶς, σκόπει.

25 Vir fortis constanter, candidè & apertè solet agere.

25

Οὐδεὶς ἀνὴρ δύστυχος ἀξιοῖ λάθρα

κτεῖναι

12

Magnum discrimen, sed magna etiam cupis capere.
Beatus profectò, ubi adeptus fueris, eris:
Sed hic labor quoq; gloriosus.
Res ingens est, dominorum generum esse.

13

A' sapiente uiro conuenit sapientiam discere.

14

Profectò multa rusticis absurda insita sunt menti.

15

Importuni nos pastores sumus, fateor:
Sed nihilominus tibi affero prudentes sermones.

16

Quando ciuibus bene uolunt dij,
Cedit aduersa calamitas in melius.

17

Multos, ex quo mea felix est hasta,
Et Iupiter à nobis stat, inueniam amicos.

18

Rhesus uerò ostendit, qualis sit Troiæ amicus.
Venit enim ad cõuiuium, nõ præsens existens uenatorib.
Capientibus prædam, neq; unà laborans bello.

19

Respice finem: multa uice uersa mutat Deus.

20

Odi amicis serò auxilium ferre.

21

Soleo loqui
Verum usque, neque duplex sum uir.

22

Huiusmodi sum & ego, directam sermonum
Secans uiam: neq; duplex sum uir.

23

Quin serò quidem ueni, attamen satis maturè.

24

Ne nunc respice quæ longè absunt, omissis ijs quæ propè (sunt.

25

Nullus uir fortis, dignatur clàm

12 Chori ad Dolonem, obijcientem se periculo uitæ, propter donum equorum Achillis.
13 Chori ad Dolonem, sapienter ad interrogata respondentem.
14 Hectoris, de nuncio rustico pastore, nunciante aduenisse Rhesum noctu cum ingenti exercitu, in auxilium Troianis.
15 Nuncij pastoris, respondentis Hectori, à quo obiurgatus fuerat, propter importunam compellationem.
16 Chori, lętãtis propter aduentum Rhesi.
17 Hectoris, uilipendentis aduentum Rhesi, quòd serius ueniret, iam deuictis hostibus, ut quidem Hector sibi somniauit.
18 Eiusdem, de Rheso ueniente iam propè deuictis hostibus.
19 Chori, increpantis confidentiam nimiam Hectoris.
20 Hectoris, respondentis Choro, & uilipendentis beneficium Rhesi, quòd serò pręstaret.
21 Hectoris ad Rhesum, quẽ excipiens obiurgat, quòd sæpè uocatus, citius tamen uenire noluerit.
22 Rhesi, respondentis Hectori.
23 Eiusdem ad Hectorem.
24 Hectoris ad Rhesum, multa gloriantem, quomodo deuictis Græcis, qui tum ante Troiam conuenerant, uelit occupare ipsam etiam Græciam, affectans absentia, nondum confectis præsentibus.
25 Rhesi ad Hectorem, querentem quòd suis insidijs & uafricie Vlysses multum læserit Troiam, & nemo tamen clàm eum occidere uoluerit.

κτεῖναι τὸν ἐχθρόν, ἀλλ᾽ ἰὼν κατὰ στόμα.

26 Somnus manè exoriente aurora solet esse gratissimus.

26

Ἄδιστος γὰρ ἔβα
βλεφάροισι πρὸς ἀῶς.

27 Fortunæ non pugnandũ.

27

Οὐ βιαστέον τύχην.

28 Turpe domum redire re infecta, quemadmodum apud Homerum dicitur: Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

28

Αἰσχρόν γε μέν τοι, ναῦς ἐπ᾽ ἀργείων μολεῖν,
δράσαντι μηδὲν πολεμίους νεώτερον.

29 Quilibet ei rei præficiatur, ad quam est aptus & sufficiens. ut dicitur in uersu Horatij: Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

29

Χρὴ δ᾽ ἄνδρα τάσσειν, οὗ μάλιστ᾽ ἂν ὠφελοῖ.

30 Contra id quod à Deo decretum & fatatum est, nemo quicquam potest.

30

Οὐκ ἂν δύναιο τοῦ πεπρωμένου πλέον.

31 Si omnino mors oppetenda est, oppetatur cum gloria. Hæc est una consolatio, qua se in malis solebant sustentare ethnici, ne inglorij, sine laude, sine nominis gloria perirent.

31

Κακῶς πέπρακται, κἀπὶ τοῖς κακοῖσι πρὸς
αἴσχιστα· καίτοι δὶς τόσον κακὸν τόδε.
θανεῖν γὰρ εὐκλεῶς μὲν, εἰ θανεῖν χρεὼν,
λυπρὸν μὲν οἶμαι τῷ θανόντι, πῶς γὰρ οὔ;
τοῖς ζῶσι δ᾽ ὄγκος, καὶ δόμων εὐδοξία.
ἡμεῖς δ᾽ ἀβούλως κἀκλεῶς ὀλώλαμεν.

32 Quia magna mala parentibus sunt ex liberis, rectè sapit qui uiuit sine uxore & liberis.

32

Ὦ παιδοποιοὶ συμφοραὶ, πόνοι βροτῶν,
ὡς ὅστις ὑμᾶς μὴ κακῶς λογίζεται,
ἄπαις διοίσει, κοὐ τεκὼν θάψει τέκνα.

Τέλος.

Occidere hostem, sed congressus palàm.

26

Suauißimus enim accedit
Palpebris ab aurora.

27

Non repugnandum est fortunæ.

28

Turpe profectò, ad naues Græcorum redire,
Patrantes nihil in hostes noui.

29

Cõuenit uerò uirum collocare, ubi maximè utilis fuerit.

30

Non queas fato plus.

31

Malè actum est, & ad mala insuper
Turpißimè: namq; duplo maius malum hoc.
Mori enim gloriosè quidem, quandoquidem moriendũ est,
Triste quidem arbitror ei qui moritur: quid ni enim?
Sed uiuentibus gloria, & familiæ honor:
Nos uerò inconsultò & ingloriè perijmus.

32

O' quæ proueniunt ex procreatione liberorum calamitates mortalium.
Quoniam quicunq; uos non perperam reputat,
Orbus uitam deget, neq; parens sepeliet liberos,

26 De exortu auroræ, Semichori uerba.

27 Vlysis ad Diomedem, cum quo à Gręcis ad explorãdum res Troianorum missus fuerat.

28 Diomedis ad Vlyssem, cũ nec Hectorẽ nec Paridem noctu in tentorijs repertos, quẽadmodum sperarant, interficere potuisset.

29 Diomedis ad Vlyssem, quem iubet abducere equos Rhesi, propterea quòd equos tractare peritus sit.

30 Mineruæ ad Diomedem, rogantem an debeat interficere Paridem.

31 Aurigæ Rhesi, nunciantis Troianis, interfectum ab Vlysse & Diomede Rhesum.

32 Musę, deflentis filiũ suum Rhesum, interfectum ab Vlysse & Diomede.

FINIS.

ARGVMENTVM TRAGOEDIAE *Euripidis, quæ Cyclops inſcribitur.*

Vlyſſes errans in reditu perfertur ad Cyclopas.
Satyri & Silenus miniſtri captiui Polyphemi.
Vlyſſes uino redimit cibum à Sileno, abſente Polyphemo in uenatione.
Silenus accuſat Vlyſſem apud Polyphemum, ut prædonem.
Vlyßes nominat ſe apud Polyphemũ ὄτιμ, id eſt nullũ, ſeu neminem: quẽadmodum meminerunt Homerus, Lucianus, Lycophron, Theocritus quoque in σύριγγι ſeu fiſtula, quam Pani paſtorum deo conſecrauit.
Vlyſſes effodit Polyphemo ebrio oculum: meminit quoque huius Virgilius lib. 3. Aeneid.
Vlyſſes ultus necem sociorum, abducit ſecum Satyros cum Sileno.

VLyſſes, deſtructa iam Troia cum domũ nauigaret, uentorum procellis à uera uia in Siciliam abiectus fuit: ubi Polyphemus & cæteri Cyclopes, homines feri & immanes, nec Deum nec homines curantes, uiuebant. Inueniens autem ibi ſeruientes, ut captiuos, cùm ſatyros Bacchi olim miniſtros, tum quoq; ſenem Silenum Bacchi alumnum & pędagogum, uino dato, agnos, lac & caſeos cõtrà in cibum, abſente Polyphemo tunc in leonum uenatione, à Sileno accipit. Quæ cum efferrentur iam, ſuperueniens de improuiſo Polyphemus, cauſam quare ex antro quę ſua ſunt efferant percunctari incipit. Ei Silenus perterritus, cum quod reſpõderet ſubitò non haberet, metuens dominum crudelem & tyrannicum, Vlyſſem ut prædonẽ ĩncuſat. Quare cum Polyphemus, hoſpitum omniũ mactator, dictis Sileni facilè acquieſceret, Vlyſsi necem ſimul & ſocijs minitatur. Deinde cum interfectis duobus Vlyſsis ſocijs, prandium iam inde præparaſſet, Vlyſſes qui ſe ὄτιμ, id eſt, nullum nominabat, cum ei de uino Maronio multum bibere dediſſet, & iam in ſomnum grauatus uino conuerſus eſſet, trunco oleagino oculum, quem uni cum in medio frontis habebat, effodit: & ſic cædem ſociorũ ultus, unà cum Sileno & Satyris & ſuperſtitibus adhuc ſocijs illudens & inſultans cæco Polyphemo, ſal uus & incolumis aufugit.

PERSO-

PERSONAE.

Silenus, alumnus & præceptor Bacchi, captus à Polyphemo, dum persequitur prædones qui Bacchum abduxerant.

Chorus, constat ex Satyris captiuis.

Vlysses ex Ithaca, uir uersutus, astutus, prudens & eloquens: quemadmodum ipsum prædicat, cum Homero, ubique Euripides.

Cyclops Polyphemus, hospitum mactator.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΣ Ἣ ΚΑΛΕΙΤΑΙ ΚΥΚΛΩΨ.

1
Νομάδες. ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.

2
Ἐκφέρετε, φῶς γὰρ ἐμπολήμασι πρέπει.

3
ἡ γὰρ γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ.

4
Ὡς ὅς γε πίνων μὴ γέγηθε, μαίνεται.

5
Ἀλλ' εἰ θανεῖν δεῖ, κατθανούμεθ' εὐγενῶς,
ἢ ζῶντες αἶνον τὸν πάρος γ' εὖ σώσομεν.

6
Τὰ καινά γ' ἐκ τῶν ἠθάδων, ὦ δέσποτα,
ἡδίον' ἐστίν.

7
† Πάρες τὸ μάργον σῆς γνάθου, τὸ δ' εὐσεβὲς
τῆς δυσσεβείας ἀνθελοῦ. *πολλοῖσι γὰρ
κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἠμείψατο.

8
Ὁ πλοῦτος, ἀνθρωπίσκε, τοῖς σοφοῖς θεός.
τὰ δ' ἄλλα κόμποι, καὶ λόγων εὐμορφίαι.

9
Ζηνὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν οὐ φρίσσω, ξένε,
οὐδ' οἶδ' ὅ τι Ζεὺς ἔστ' ἐμοῦ κρείσσων θεός.
οὔ μοι μέλει τὸ λοιπόν. ὡς δ' οὔ μοι μέλει,
[a] ἄκουσον. ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ,
ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα,
ἢ μόσχον ὀπτὸν, ἤ τι θήρειον δάκος
δαινύμενος ἐν στέγοντι γαστέρ' ὑπτίαν·
ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πέπλον
κρούω, [b] Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.
ὅταν δὲ Βορέας χιόνα Θρήκιος χέῃ,

1 De populo sine legum uinculis uiuente.

2 Lux mercationibus conuenit, lasset michs uor besehen.

3 Gustus inuitat ad emendũ uinum.

4 Homines inuitantes se largius bono uino, lætari incipiunt, quemadmodum in uersu Ouidiano indicatum est: Tunc ueniunt risus, tunc pauper cornua sumit. *θαρσαλέα γὰρ παρὰ κρατῆρα φωνὰ γίνεται*: ut est apud Pindarum, Herodotum quoque & Atheneum.

5 Si moriendum, moriamur honestè & cum gloria.

6 Nihil est dulce, nisi quod reficit uarietas. omnium enim rerum satietas quædam est: *Μεταβολὴ δὲ πάντων γλυκύ*, ut dicitur.

7 Pietas impietati semper præferenda.

† *Aorist. β, imperatiui modi, ab ἵημι, mitto.*

* Malum lucrum sequitur damnum. Ideo rectè præcepit Hesiodus: *μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσι.* Ne mala lucreris, mala lucra æqualia damnis.

8 Qui habet diuitias & alia uitæ necessaria, ille quoque habet Deum propitium, secundũ Epicureorum Biblia.

9 Epicureorum uox & sententia. Huc pertinẽt quæ apud Sophoclem sunt de Aiace Telamonio, apud Homerũ uerò de Aiace Oileo, apud Euripidẽ de Capaneo, & apud Apollonium de impio & blasphemo Ida.

a Epicureorũ spes sita non in Deo, sed in præsentibus bonis mundanis & uoluptate. quemadmodũ est apud Laertiũ de Epicuro. b Simile est isti quod est apud Virgiliũ de Salmoneo, perdito Iouis fulmine: Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi, Demens qui nimbos & nõ imitabile fulmẽ, Aere, & cornipedũ cursu simularat equorum. 6, Aeneidos.

EX TRAGOEDIA QVAE VOCATVR CYCLOPS.

1



Omades sunt: paret uerò nulla in re nullus nulli.

2

Efferte, lux enim mercationib. cõuenit.

3

Certè enim gustus mercatum inuitat.

4

Quoniam qui bibit, nec lætatur, insanit.

5

Verùm si moriendum est, moriemur gloriose:
Aut uiuentes laudem pristinam seruabimus.

6

Noua à consuetis, ô domine,
Gratiora sunt.

7

Omitte edacitatem tuæ buccæ, sed ipsam pietatem
Impietate potiorem fac. Multis enim
Lucrum malum, damnum rependit.

8

Ipsæ diuitiæ, ô homuncio, sapientibus Deus.
Cætera inania uerba sunt, & uerborum ornamenta.

9

Iouis uerò ego fulmen non horreo, ô hospes:
Neque noui quòd Iupiter sit præstantior me Deus.
Non mihi curæ est, quodcunque reliquum est. ut uerò nõ mihi curæ sit,
Audi. Quando supernè imbrem effuderit,
In hac petra solida habeo tabernacula,
Aut uitulum assatum, aut aliquam feram beluam
Epulans in occulto, supino uentre,
Epota uerò lactis amphora, uestem
Pulso, Iouis tonitru ad imitationem stridens.
Quando uerò Boreas niuem Threijcius fuderit,

Pellibus

1 Sileni ad Vlyssem, quærentem ex Sileno, quo nam Cyclopes uterentur domino.

2 Vlysis ad Silenum, à quo emit pro uino caseos & lac cum carne, in cibum.

3 Sileni ad Vlyssem: prius gustandum uinum emptori, ne fallatur emens malum uinum pro bono.

4 Sileni lætantis, postquam bibit bonum illud Maronium uinum, quod Vlysses bibendũ porrexerat.

5 Vlysis, nolentis fugere ad uenientem Polyphemum.

6 Sileni ad Polyphemum, uolentis mactare Vlyssem cũ socijs in cœnã, quòd satur esset & pertæsus carnis ferinæ, & lacticiniorũ quæ quotidiè proponebantur in ipsius mensa.

7 Vlysis ad Polyphemum, quem rogat, ut deos metuens se nõ interficiat, & cibum dein de mensæ suæ faciat.

8 Cyclopis, irridentis Vlyssem multa cõcionantẽ de dijs, de prouidentia, & de piorum præmijs.

9 Cyclopis impij, respondẽtis Vlysi, quod ipse Ἄθεος & prorsus Epicurus, nec Deum, nec pietatem curet: sed tantũ hoc unum studeat, quomodo uentrem suum explens, sibi in dies benefaciat.

a δοραῖσι θηρῶν σῶμα περιβαλὼν ἐμόν,
καὶ πῦρ ἀναίθων, χιόνος οὐδέν μοι μέλει.
ἡ b γῆ δ' ἀνάγκῃ, κἂν θέλῃ, κἂν μὴ θέλῃ,
τίκτουσα ποίαν, τἀμὰ πιαίνει βοτά·
ἃ c ἐγὼ οὔτινι θύω, πλὴν ἐμοί, θεοῖσι δ' οὔ,
καὶ τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων.
ὡς τοὶ πιεῖν γε καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν,
ζεὺς οὗτος ἀνθρώποισι τοῖσι σώφροσι,
λυπεῖν δὲ μηδὲν αὑτόν. οἳ δὲ τοὺς νόμους
ἔθεντο, ποικίλλοντες ἀνθρώπων βίον,
κλαίειν ἄνωγα. τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ
οὐ παύσομαι δρῶν εὖ, καθεσθίων τε σέ.

a Fuit uisitatum ueteribus, cubare in pellibus, & ijsdem tegi: quemadmodum est apud Homerum, Pindarum, Apollonium, & Theocritum quoque in Herculisco.

b Epicureorum opinio, qui putant se uiuere ex seipsis, seu uelit, seu nolit Deus.

c Epicureorum Deus uenter est. Hos uersus Philippus Melanchthō sic reddidit: Non ulla numina expauesco cœlitū, Sed uictimas uni deorum maximo uētri offero, Deos ignoro cæteros.

10

Ζεῦ ξένι', ὅρα τάδε. εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις,
ἄλλως νομίζῃ ζεῦς, τὸ μηδὲν ὢν θεός.

10 Ratio humana non credit Deum esse, quando uidet à tyrannis crudeliter necari innocentes.

11

Νηλὴς ὁ τλάμων, ὅστις
δωμάτων ἐφεστίους,
ξενικοὺς ἱκτῆρας ἐκθύει δόμων
κόπτων.

11 Deus, pater est supplicum & exulum, & punit hospites lædentes: quemadmodum multa de ea re apud ueteres, Hesiodum, Homerum, Theognidē, & in oraculis extant comminationes.

12

Ὡς ἀσιάδος οὐκ ἂν ἥδιον ψόφον
Κιθάρας κλύοιμεν, ἢ Κύκλωπ' ὀλωλότα.

12 Nihil est hominibus in uita iucundius, quàm pœnas sumere de inimicis suis, à quib. sunt læsi, seu à quibus premuntur seruitute, & alijs malis afficiuntur.

13

Ἀλλ' οὐ δίκαιον, ἐκλιπόντ' ἐμοὺς φίλους,
ξὺν οἷσπερ ἦλθον δεῦρο, σωθῆναι μόνον.

13 Veri amici est, & uiuere & mori cum amicis.

14

Μακάριος ὃς εὐιάζει,
Βοτρύων φίλαισι πηγαῖς,
ἐπὶ κῶμον ἐκπετασθείς
φίλον ἄνδρ' ὑπαγκαλίζων,
ἐπὶ δεμνίοις τε ξανθὸν
χλιδανῆς ἔχων ἑταίρας
μυρόχριστος λιπαρὸς βό-
στρυχον.

14 Beatus, qui in conuiuijs uiuit cum fido socio, habens quoque fidam lecti sociam.

15

Μέγιστος ἀνθρώποισιν εἰς τέρψιν βίου.

15 Vinum multum potest ad uitæ lætitiam comparandam.

Pellibus ferarum corpus implicans meum,
Et ignem ſuccendens, niuem nihil curo.
Hæc uerò terra ex neceßitate, & ſi uelit nolit,
Producit herbam, measq; pinguefacit pecudes.
Quas ego nulli ſacrifico, niſi mihi, dijs uerò nequaquam,
Et maximo uentri huic deorum.
† *Quoniam in bibendo & edendo per integrum diem,*
Iupiter is hominibus eſt ſapientibus:
Moleſtare uerò nihil ſeipſum. Qui uerò leges
Sanxerunt, uariè tractantes hominum uitam,
Eos flere iußi. * *animam meam ego*
Non deſiſtam benè afficere, & deuorare te.

10

Iupiter, hoſpitalia hæc uide. ſi enim hæc non uideris,
Fruſtra crederis Iupiter, nihili exiſtens Deus.

11

Sæuus ille infelix, quicunque
Ad domos ſupplices uenientes
Hoſpites ſupplices repellit è domo,
Interficiens.

12

Quoniam Aſiaticæ non libentius ſtrepitum
Citharæ audiremus, quam Cyclopa pereuntem.

13

Sed non æquum, relinquentem meos amicos,
Cum quibus ueni huc, ſeruari ſolum.

14

Beatus eſt, qui bacchatur,
Vuarum gratis fontibus,
Iuxta conuiuium exporrectus,
Charum ſodalem manibus attingens,
Et qui in cubilibus flauum
Delicatæ habens ſociæ
Vnguento delibutus nitidus
Capillum.

15

Maximus hominibus ad oblectationem uitæ.

† Summa felicitas, ſecundũ Epicureos, conſiſtit in edendo & bibendo, dies noctesq;: quemadmodum de Epicuro legimus apud Laertium.

* Secundum illud Sardanapali, ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, τἄλλα δ᾽ οὐκ ἄξια ἐπικροτήματος. Et ſimilia alia de eo referũtur apud Athenæum, Plutarchum, Suidam, Commentarijs quoque in Ariſtophanem.

10 Vlyſsis ad Iouem, cũ uellet ipſum mactare Polyphemus: cui potius debebat, utique hoſpiti, dare munus hoſpitale, pro ueteri conſuetudine.

11 Chori, de Polyphemo crudeli & tyrannico in hoſpites & exules.

12 Chori captiui apud Cyclopem, ad Vlyſſem, qui exponit Choro conſilium ſuum, de excæcando Polyphemo.

13 Vlyſsis, egreſsi ex antro Polyphemi, ita ut aufugere poſſet: ſed nolentis ſibi conſulere, relictis ſocijs in antro.

14 Chori, cum audiret Polyphemum uino, quod Vlyſſes porrexerat, exhilaratum canere.

15 Vlyſsis ad Polyphemum, de uino, quòd maximus & potentiſsimus Deus ſit.

16

Ὅπου τιθεῖ τις, ἐνθάδ' ἐστὶν οὑπετής.

17

Ἔχων γὰρ αὐτὸς, τιμιώτερος φανῇ·
διδοὺς δὲ τοῖς φίλοισι χρησιμώτερος.

18

Πυγμὰς ὁ * κῶμος, λοίδορόν γ' ὕβριν φιλεῖ.

19

† Ὦ ταὖ, πεπωκότ' ἐν δόμοισι χρὴ μένειν.

20

Ἠλίθιος, ὅστις μὴ πιὼν κῶμον φιλεῖ.

21

Ὃς δ' ἂν μεθυσθείς γ' ἐν δόμοις μένῃ, σοφός.

22

Παπαὶ, σοφόν γε ξύλον τῆς ἀμπέλου.

23

Οὐδ' οὐρανός μοι συμμεμιγμένος δοκεῖ
τῇ γῇ φέρεσθαι, τοῦ Διὸς δὲ τὸν θρόνον
λεύσσω.

24

Κυ. Οὖτις μ' ἀπώλεσεν. Χο. οὐκ ἄρ' οὐδεὶς ἠδίκει.
Κυ. Οὖτις με τυφλοῖ βλέφαρον. Χο. οὐκ ἄρ' εἶ τυφλός.

25

Δεινὸς γὰρ οἶνος, καὶ παλαίεσθαι βαρύς.

Τέλος.

16 Vinum ibi est, quo ponitur.

17 Quod rarum, carum. uel, quod unus solus habet, præterea uerò nemo, id omnes admiramur, & habere cupimus.

18 Ebrietas plerunque lites excitat.

* Deus comessationum, & nocturnarum saltationum. Inde pro conuiuio procaci, lasciua & prolixa comessatiõe, pro crapulatione quoq;.

19 Ebrius & benè potus domi maneat.

† *Pro ὦ ταὖ amice, ab ἔτης socius, coætaneus, amicus, necessarius: παρὰ τὸ ἔτος, annus, quasi ὁμοέτης: sæpe obuium apud Platonem. seu παρὰ τὸ ἐτεὸν, hoc est, ἀληθὴς φίλος, ut docent Etymologi.*

20 Benè potus debet quærere sodalitatem.

21 Ebrius domi manens, sapienter agit.

22 Vinum largius haustum sapientes facit. Aeschylus potando suas scripsit tragœdias, ut est apud Athenæum. Martialis quoque se nihil sobrium posse dicit, bibenti uerò sibi occurrere quindecim poetas. Et de Ennio est apud Horatium: Ennius ipse pater nunquã nisi potus ad arma Prosilijt dicenda. Et Ouidius: Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro Simplicitas, artes excutiente Deo. lib. 1. de Arte amandi.

23 Ebriorum affectus quales.

25 Vinum immodicè sumptum, noxium. Nocet autem semper ebrietas. Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut tibi curas Eripiat: si qua est inter utrunq;, nocet. Ouid. lib. 2. de Remed. amoris.

16
Vbicunque ponit quispiam, ibi est libenter.
17
Si tu habueris, honoratior uideberis:
Dans uerò amicis, commodior.
18
Pugnos ebria sodalitas & conuiciosam rixam amat.
19
O' amice, potum domi conuenit manere.
20
Fatuus, quicunque potus non sodalitatem amat.
21
Quicunque uerò ebrius, modò domi mãserit, sapiens est.
22
Papæ, scitum lignum uitis.
23
Cœlum uerò mihi commixtum uidetur
Terræ ferri. Iouis autem sedem
Video.
24
Cy. Nemo me perdidit. Cho. Nullus itaq; læsit.
Cy. Nemo me excæcat oculo. Cho. Nõ igitur cæcus es.
25
Vehemens res enim est uinum, & ad colluctandum grauis.

FINIS.

16 Vlysis ad Polyphemum, quærentem an uinum Deus esset in utre, unde porrexerat antea Vlysses.
17 Vlysis ad Polyphemum, ut uinum ipse solus retineat, nec quicquam de eo communicet alijs Cyclopibus: propterea quòd omnis res, communis multis facta, minus curetur.
18 Vlysis ad Polyphemum, ut domi manens solus bibat, nec cum uino ad cæteros Cyclopas accedat.
19 Vlysis ad eundem, in eandem sententiam.
20 Cyclopis, respondentis Vlysi, & improbantis ipsius sententiam, domi scilicet manendum esse ebrijs.
21 Vlysis, respondentis Polyphemo diuersa sentẽtia, qua eius dicta improbat.
22 Cyclopis Polyphemi, laudantis uinum.
23 Cyclopis inebriati.
24 Cyclopis, dolentis amisso oculo, & querentis Nullum se perdidisse. Vlysses enim, Nullum se apud Polyphemũ, rogatus de nomine, appellarat.
25 Polyphemi, quòd deceptus uino Vlysis, postea perdiderit oculum.

ARGVMENTVM IN PHOENISSAS Euripidis.

Oedipus rex Thebanus, insci us matrem ducit uxorem, & ex ea filios filiasq; suscipit. Oedipus eruit sibi ipsi oculos. Oedipus à liberis occultatur. Oedipus imprecatur mala filijs. Filij Oedipi per uices uolunt regnare. Polynices ducit exercitum contra fratrem Eteoclem. Mater Iocaste filios discordes concordes efficere nequit.

OEdipus rex Thebarum, cum inscius primò interfecisset patrem Laium, deinde etiam incestas nuptias cum matre propria Iocaste celebrasset, quæ peperit filios duos Eteoclem & Polynicem, filias quoq; Antigonem & Electram, cum peccatum id suum cognouisset, oculos sibi ipsi præ dolore eruit. Filij itaq; duo ut dedecus istud patris occultarent & tegerent, patrem incluserunt, neque exeundi etiã copiam fecerunt, non honorantes parentem. Hic ergo exasperatus, diras & imprecationes contra filios euomuit, ut uel uterque malè perirent, uel ferro acuto bona paterna diuiderent. Metuentes autem filij, ne dij ratas imprecationes efficerent, si habitarent simul: cõuenerunt, ut alternis imperio præessent: & Polynices interea aliò, quocunq; etiam, discederet. quod & sic factum est. Postea cum Eteocles pacto & conuentione stare nollet, & fratrem omnino à regni consortio repelleret, Polynices ducta Argis in uxorem filia regis Adrasti, persuaso socero coegit exercitũ, pugnaturus cõtra fratrem iniquum, & regni parte se priuantem. Mater Iocaste cum uideret & audiret, adesse cum ingenti exercitu Polynicem: effecit ut per inducias ueniret in ciuitatẽ, cum fratre de imperio acturus. Tumente uerò & superbiente Eteocle, propter tyrannidem & imperium, quod ipse habebat in manibus, Iocaste mater tentatis omnibus pacis conditionibus, filios discordes componere nequijt. Quare Polynices minitatus exitium cùm fratri tum patriæ, ad exercitum reuertitur. Interea dum hæc interea geruntur, Tiresias uates cæcus, & senex iam, uocatus à Creonte fratre Iocastę, de iussu & cõsilio Eteoclis, prędicit uictoriam penes Thebanos futuram, si Menœceus filius Creontis uictima Marti offerretur. Pater Creon id uaticiniũ iniquissimo tulit animo, & filium pro patriæ salute omnino non exhibendum putauit. Adolescens autem animo excelso præditus, patriam iuuandam censuit. Ascendens itaque turrim altam, gutturi gladium infixit, contra uoluntatẽ & edictum patris. Postea Iocaste cum audiret, singulari prælio con gressuros filios, cum filia Antigone accurrens, ut illam μονομαχίαν impediat, postquam utrunque mutuis uulneribus iam tum concidisse uidet, rapto ferro è uulnere alterius filij, guttur suum transfigit gladio, & cadens amplectitur filios. Regnum

Victoria Thebanis promittitur, si uictimam humanam Marti obtulerint. Filius Creõtis se ipsum morti tradit pro salute patriæ, contra uolũtatem patris. Iocaste mater, cũ cecidisset uterq; filius in singulari congressu, seipsam cõfodit super funus filiorũ, eo ferro quo filij conciderant.

gnum deinde accipit Creon, frater Iocastę, cæſis filijs, & patre quoque Oedipo propter ereptos oculos ad omnia inutili. Argiui uerò, qui cum Polynice uenerant, à Thebanis prælio uicti, fugam arripiunt. Polynicem autem Creon, ut hoſtem patriæ, inſepultum iubet obijci canibus. Oedipum quoque cæcum expellit in exilium, ne porrò pergat nocere, ipſe ὡκάθαρμα patriæ. Eſtq; hæc fabula una de triſtiſsimis & tragiciſsimis tragœdijs Euripidis, plena multis pulchris ac bonis ſententijs, quæ in uita ad multas res cum utilitate accommodari poſſunt.

Argiui fugātur à uictorib. Thebanis.

Polynices inſepultus abijcitur.

Oedipus in exilium pellitur.

Phœniſſæ, una de triſtiſsimis tragœdijs Euripidis.

PERSONAE *Fabulæ.*

Iocasta, regina Thebarum, uxor & mater Oedipi.

Pædagogus senex.

Antigona, filia Iocastæ.

Chorus, ex Phœnissis mulieribus.

Polynices, frater Eteoclis exul.

Eteocles, frater iniquus & tyrannicus, qui fratrem à regni consortio repulit.

Creon, frater Iocastæ.

Menœceus, filius Creontis, qui seipsum transfossum ferro proprio, ultrò contra uoluntatem patris exhibet pro salute patriæ.

Tiresias uates, cęcus et senex, qui iubet Menœceum filium Creontis uictimam fieri Marti, pro salute & uictoria patriæ.

Nuncius, qui nunciat Iocastæ, decreuisse congredi in singulari prælio fratres, eius filios: & monet eam ut properet, illudq; periculosum et luctuosum præliũ dirimat & impediat.

Nuncius alter, qui significat, concidisse mutuis uulneribus fratres, & cum his ultroneam mortem oppetijsse matrẽ Iocasten.

Oedipus rex Thebanus, cæcus, ereptis sibijpsi oculis: qui post multas querelas abit in exilium, cum Antigone filia.

ORACVLVM REDDITVM LAIO regi Thebano, patri Oedipi.

Λάϊε λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς·
δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ,
σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὡς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς κρονίδης, πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν, ὃ δ' ηὔξατο σοί τάδε πάντα.

ID EST,

Laie Labdaci fili, filiorum genus beatum postulas.
Dabo tibi charum filium: sed fatale est,
Tui filij à manibus relinquere lucem. Sic enim annuit
Iupiter Saturnius, Pelopis diris execrationibus persuasus.
Cuius carum abstulisti filium, hic imprecatus est tibi hæc omnia.

AENIGMA SPHINGIS, QVOD *soluit Oedipus, & pro ea solutione regno Thebano, & regina Iocaste matre in uxorem potitus est.*

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τετράπον, οὗ μία φωνή,
καὶ τρίπον. ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσ' ἐπὶ γαῖαν
ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα, καὶ κατὰ πόντον.
ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ,
ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

ID EST,

Est bipes suprà terrã, & quadrupes, cuius una eadẽq; uox,
Et tripes. permutat uerò naturam solum, quæcunq; super terram
Reptilia mouentur, perq; aerem & in mari.
Sed cum festinans pedibus pluribus perrexerit,
Ibi celeritas membris maximè imbecillis existit.

Extat hoc Sphingis ænigma lib. 10. Dipnosophistarum Athenæi, ex Asclepiade, in ijs quæ de tragœdia scripsit desumptum, ubi multa aliorũ ænigmata commemorantur. Meminerunt uerò Sphingis cùm alij authores, tũ maximè Diodorus Siculus & Lactantius. Eius fabulam, seu historiam, enarrant Pausanias, Suidas in Oedipi uita, & Palæphatus in μυθολογίαις. Ausonius poeta in Grypho ternario sic reddidit: Illa etiam thalamos per trina ænigmata quærens, Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia solus: Terruit Aoniam uolucris, leo, uirgo triformis, Sphinx uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella. Alludit quoq; ad id ænigma Ouid. 13. Metamorphoseon, & Hesiodus in ἡμέραις καὶ ἔργοις. putant autem grammatici σφίγγα dici, παρὰ τὸ σφιγγᾶν, quòd mentes hominum suis ambagib. constringat.

ΕΚ ΤΗΣ

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩ-ΔΙΑΣ Η ΚΑΛΕΙΤΑΙ ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

1

1 Dei uoluntati, eiusq; consilio & beneplacito non repugnandum: nec eo inuito quicquam seu habendum, seu optādum.

Η σπεῖρε τέκνων ἄλοκα, δαιμόνων βίᾳ.
εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φὺς,
καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

2

2 Ethnici, quia causas crucis ignorant, iniquè comparatum putant, cum uident homines malis premi diutius.

Ἀλλ' ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας
Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς· δὸς δὲ ξύμβασιν τέκνοις.
χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτὸν
τὸν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῆ καθεστάναι.

3

3 Deus adest, & patrocinatur iustæ causæ.

Σὺν δίκᾳ δ' ἥκουσι γᾶν,
ὃ καὶ δέδοικα, μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί.

4

Deus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam.

Ἰὼ νέμεσις, καὶ Διὸς βαρύβρομοι βρονταὶ,
κεραύνιόν τε πῦρ αἰθαλόεν,
σύ τοι μεγαλαγορίαν ὑπεράνορα
κοιμίζεις.

5

5 Mulierum genus amans est obtrectationum.

* Voluptas quædam est mulieribus, nihil boni de se inuicem loqui.

Φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν γένος ἔφυ.
σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων,
πλείους ἐπεισφέρουσιν. ἡδονὴ δέ τις
* γυναιξὶ, μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν.

6

6 Amicorum omnia communia, cùm læta tum aduersa.

Κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη.

7

7 Deus adest iustæ & bonæ causæ, ut dicitur: Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Ἄργος ὦ Πελασγικὸν, δειμαίνω
ταὐσὰν ἀλκὰν, καὶ τὸ θεόθεν.
οὐ γὰρ ἄδικον εἰς ἀγῶνα τόνδ' ἔνοπλος
ὁρμᾷ παῖς, ὃς μετέρχεται δόμους.

8

8 Etiam audaces & fortes suspecta omnia habent apud hostes.

Ἅπαντα γὰρ τολμῶσι δεινὰ φαίνεται,
ὅταν δ' ἐχθρᾶς ποὺς ἀμείβηται χθονός.

9 Δεινὸν

EX TRAGOEDIA QVAE VOCATVR PHOENISSAE.

1

NE ferito liberorum fulcum, dijs inuitis.
Si enim gignes filium, interficiet te ille
qui satus fuerit,
Et omnis tua domus peribit sanguine.

2

Sed ô splendida cœli habitans uolumina
Iupiter, serua nos : da uerò concordiam liberis.
Conuenit enim, si æquus es, non sinere hominem
Eundem usque infœlicem existere.

3

Cum iusticia uerò huc ueniunt:
Quare etiam timeo, ne dispiciant rectè dij.

4

Io Nemesis, & Iouis grauisona tonitrua,
Fulmineusq; ignis ardens,
Tu certè superbi loquentiam insolentem
Compescis.

5

Amans enim obtrectationem res mulierũ genus existit.
Paruas enim occasiones si nactæ fuerint sermonum,
Plures insuper inferunt. Voluptas quædam est
Mulieribus, nihil sani sibi inuicem obloqui.

6

Calamitates enim communes sunt amicorum.

7

Argos ô Pelagiscum, timeo
Tuas uires, & diuinum auxilium.
Non enim iniustum in certamen hoc armatus
Contendit * filius, qui accedit ad has ædes.

8

Omnia enim audentibus meticulosa uidentur,
Cum per hostilem pes graditur terram.

1 Apollinis, ad Laium regem Thebanum, qui carebat liberis.

2 Iocastæ reginæ Thebanæ, ad Iouem, ut filios suos discordes, concordes faciat : ne prematur perpetuis malis & curis, ipsa miserrima mater.

3 Pædagogi senis, ad Antigonem uirginem, filiam Oedipi: Græci contra nos iustam habent causam : ergo metuendũ est, ne urbem nostram capiant & uastent.

4 Antigones ad Iouem, ut compescat Capaneum, qui inuitis etiam dijs gloriabatur se expugnaturum Thebas.

5 Senis pędagogi ad Antigonẽ, ut è muro domum redeat, ne prębeat alijs mulieribus obtrectandi sibi occasionẽ, quòd uersetur in publico.

6 Chori, dolentis urbẽ Thebas esse obsessam ab hostibus. Eam calamitatem ad se quoq; pertinere ait.

7 Eiusdem, metuentis ne ciuitas pereat, à Græcis expugnata: quia iustam causam habeant.

* Polynices, repulsus à fratre, à regni parte.

8 Polynicis, fratris Eteoclis, uenientis in urbem ad colloquium stricto gladio, cum non fideret inducijs: & fratri iniquo, propter quem exulabat regno.

9

Δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναί,
καὶ * φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος.

10

Ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει,
πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας. ὃς δ' ἄλλως λέγει
λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει.

11

Ὡς δεινὸν ἔχθρα, μᾶτερ, οἰκείων φίλων,
καὶ δυσλύτους ἔχουσα τὰς διαλλαγάς.

12

Δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.

13

ἃ γὰρ σὺ βούλει, ταῦτ' ἐμοὶ μᾶτερ φίλα.

14

Ιο. Τί [a] τὸ στέρεσθαι πατρίδος, ἦ κακὸν μέγα;
Πο. μέγιστον. ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον, ἢ λόγῳ.
Ιο. τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ; τί φυγάσι τὸ δυσχερές;
Πο. ἓν [b] μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
Ιο. δούλου [c] τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ.
Πο. τὰς [d] τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών.
Ιο. καὶ [e] τοῦτο λυπρὸν, συνασοφεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς.
Πο. ἀλλ' [f] εἰς τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον.
Ιο. αἱ [g] δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.
Πο. [h] καλοῖς βλέπουσί γ' ὄμμασι, μέλλουσι δέ.
Ιο. οὐδ' ὁ χρόνος αὐτὰς διεσάφησ', οὔσας κενάς.
Πο. [i] ἔχουσιν ἀφροδίτην τιν', ἡδεῖαν θεόν.

15

Ιο. Φίλοι δὲ πατρὸς, καὶ ξένοι σ' οὐκ ὠφέλουν;
Πο. εὖ πρᾶσσε. τὰ φίλων δ' οὐδὲν, ἤν τις δυστυχῇ.
Ιο. οὐδ' † ηὑγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;
Πο. κακὸν τὸ μὴ ἔχειν. τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με.

16

Ιο. Η πατρὶς, ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς.
Πο. οὐδ' ὀνομάσαι δύναιμ' ἂν, ὡς ἐστὶ φίλον.

* Quare matres multum ament liberos.

10 Patriæ amor omnibus hominibus inditus.

11 Fratrum & amicorum inimicitiæ solent esse grauissimę.

12 Faxis ut libeat quòd est necesse. νοῦσον γ' οὔπως ἔστι Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι, quemadmodũ est apud Homerum Odyss. 9.

13 Liberi parentum uoluntati in honestis rebus acquiescere debent. Vtemur hoc uersu in cõiugio, amicitia, & alijs honestis uitæ officijs & congressibus.

a Priuari patria maius malũ est, quàm dici potest.

b In exilio malum maximũ est, quòd exulibus non licet dicere quæ sentiunt & uolunt.

c Non dicere quæ quis sentit, seruitus est misera.

d Exules magnorum fatui sunt.

e Magnũ malum est, non audere damnare & confutare aliorum errores & stultitiam.

f Exules & pauperes propter uictum multa facere cogũtur, repugnante etiam ipsorum natura.

g Spes alit exules.

h Spes alit quidem miseros, sed tarda nimis molesta est.

i Spes seruat afflictos, quemadmodum scripsit Pindarus: ut est apud Platonem de Republica, Ἐλπὶς ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ: Spes quæ maximè mortalium mentem gubernat. Et aliàs dicitur, Ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεται ταῖς ἐλπίσι.

15 Infelicium nemo nec amicus, nec cognatus est.

16 Nihil est charius hominibus patria.

† Pro ἡ εὐγένεια.

17 Σοφὸς

9
Preciosa res mulieribus per dolores fiunt genituræ:
Et amans liberorum est quodammodo muliebre genus.

9 Chori, de Iocasta, cũ gaudio & lachrymis excipiẽte Polynicem exulem filium.

10
Sed necesse est
Patriam amare omnes. quicunque aliter dicit,
Sermonibus gaudet: cæterùm animum illic habet.

10 Polynicis ad matrem Iocastam, quòd quamuis sciret sibi hostem & infensum fratrem Eteoclem, tamen Thebas uenisset, amore patriæ motus.

11
Quàm res grauis inimicitia, ô mater, cognatorum amicorum,
Et ignominiosas habens reconciliationes?

11 Eiusdem, de odio fratris erga se.

12
Oportet ferre ea quæ à dijs ueniunt.

12 Iocastæ ad filium: Mala & calamitates æquo animo ferendas esse.

13
Quæ enim tu uis, eadem mihi grata sint.

13 Polynicis, ad matrem Iocastem.

14
Ioc. Quid priuari patria? num magnum malum?
Pol. Maximum: re uerò maius est quàm sermone.
Ioc. Quæ ratio eius est? quid quod exules molestet?
Pol. Vnum quidem maximum est, non habet libertatem loquendi.
Ioc. Serui hoc dixisti, non loqui quæ quis sentiat?
Pol. Eorum qui rerũ potiuntur, stultitias ferre necesse est.
Ioc. Et hoc molestum est, stultescere cum stultis.
Pol. Quin etiam ad commodum, præter naturam seruiendum est.
Ioc. Spes uerò pascunt exules? ut habet prouerbium.
Pol. Blandis arrident quidem oculis, cunctantur tamen.
Ioc. Neque tempus eas manifestat, quòd uanæ fiunt.
Pol. Habent Venerem quandam, suauem deam.

14 Iocastæ, quærentis ex filio de suo exilio.

15
Ioc. Amici uerò patris, & hospites, te non adiutabant?
Pol. Benè sit tibi. officia amicorũ nulla sunt, si quis infelix (fuerit.
Ioc. Neq; tua nobilitas extulit te in sublime?
Pol. Res mala est esse pauperem. Ipsa nobilitas non pasce (bat me.

15 Eiusdem, quærentis, an etiam in exilio cognatorum uel amicorum liberalitatem expertus sit.

16
Ioc. Ipsa patria, ut apparet, carissima res mortalibus.
Pol. Non loqui possum, quàm sit res cara.

16 Eiusdem, ad eundem, de patria.

17 Deus quia ſapiens eſt, omnia rectè ordinat ac diſponit.
18 Opes nobiles faciũt, eruditos & eloquẽtes, ut in uerſu Horatij indicatur: Et benè nũmatũ ſequitur ſuadela, uenusq́;.
a Et genus & uirtus, niſi cum re, uilior alga eſt. χρήματα γὰρ ἀνήρ, ut in uerſu ueteris Alcæi dicitur.
19 Meditatè & lentè agendũ.
b Vt ſapienter & cautè omnia dicamus, non præcipitanter, non feſtinanter, ſed tardè & meditatè dicendum eſt.
20 In congreſsib. omnis ira eijcienda, omneq́; odium deponendum: & quare conuenerint, & de quibus (de pace ſcilicet) acturi, cogitandum eſt.
21 Veritatis ſimplex oratio. Ἁπλοῦν γὰρ τὸ δίκαιον, ῥᾴδιον τἀληθὲς, ut à Lycurgo uetere dicitur.

22 Quot homines, tot ſententiæ, quemadmodum etiam Satyricus monuit: Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus, Velle ſuum cuiq; eſt, nec uoto uiuitur uno.
23 Homines opum, honorũ & potentiæ comparandæ cauſa, omnia facere parati ſunt.
c Timiditas quædã eſt, quæ quis habet, alij tradere habenda.
24 Amicis uerbis plus quãdoque obtinetur, quàm ui, quàm armis: ut rectè à ſapiẽte dictũ eſt, πείσας λαβὲ, μὴ βιασάμενος: perſuaſione cape, non ui. Et in Publij Mimo dicitur, conſilio melius uincas quàm iracũdia. Et apud Homerum, μῆτί τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι: conſilium eſt melius quàm uis, cũ ligna ſecantur.

17

Σοφὸς γὰρ ὁ θεός.

18

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα,
δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.
ἃ 'γὼ μεθ' ἥκω δεῦρο, μυρίαν ἄγων
λόγχην. a πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ.

19

Ἐπίσχες· οὔτι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει.
b Βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσι σοφόν.

20

Παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν.
ὅταν φίλος τις ἀνδρὶ θυμωθεὶς φίλῳ,
εἰς ἓν συνελθὼν, ὄμματ' ὄμμασι διδῷ,
ἐφ' οἷσιν ἥκει, ταῦτα χρὴ μόνον σκοπεῖν,
κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδαμῶς μνείαν ἔχειν.

21

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.
ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν. ὁ δ' ἄδικος λόγος,
νοσῶν ἐν αὑτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

22

Εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔφυ, σοφόν θ' ἅμα,
οὐκ ἦν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις.
νῦν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν, οὔτ' ἴσον βροτοῖς,
πλὴν ὀνομάσαι.

23

Ἐγὼ γὰρ οὐδὲν, μᾶτερ, ἀποκρύψας ἐρῶ,
ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς,
καὶ γῆς ἔνερθεν, δυνατὸς ὢν πρᾶσαι τάδε,
τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα.
τοῦτ' οὖν τὸ χρηστὸν, μᾶτερ, οὐχὶ βούλομαι
ἄλλῳ παρεῖναι μᾶλλον, ἢ σώζειν ἐμοί.
c ἀνανδρία γὰρ, τὸ πλεῖον ὅστις ἀπολέσας,
τοὔλασσον ἔλαβε.

24

Πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος
ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

17

Prudens enim est Deus.

18

Opes hominibus preciosissimæ,
Potentiamq; maximam in rebus humanis habent:
Ad quas ego ueni huc, innumeras ducens
Hastas. Pauper enim nihili est nobilis uir.

19

Mane: nequaquam celeritas iusticiam habet.
Tardi uerò sermones plurimum perficiunt sapientiæ.

20

Commonefacere uerò uos quodam uolo prudenti facto.
Quando amicus quispiam amico iratus
In unum conuenerit, oculosq; oculis dederit,
Quas ob res uenit, eas oportet solum spectare:
Malorũ aũt quæ antè peracta sunt, nequaquã memoriã habere.

21

Simplex oratio ueritatis est,
Neq; uariarum opus habet utrinque interpretationum.
Habet enim ipsa congruentiam. sed iniquus sermo,
Aegrotans in seipsum, medicaminũ opus habet sapientium.

22

Si omnibus idem honestum esset, æquumq; simul,
Non esset ambigua hominibus contentio.
Nunc uerò neq; simile quicquam, nec æquale hominibus,
Nisi nominare.

23

Ego enim nihil, ô mater, celans fateor:
Per astra ascenderem ad solis exortus,
Et terram infrà, potis existens efficere hæc,
Deorum maximam ut haberem tyrannidem.
Hoc igitur tam commodum, ô mater, nolo
Alij concedere potius, quàm seruare mihi.
Timiditas enim est, hoc quod maius si quis amittit,
Et quod minus est capit.

24

Omnia enim efficit oratio:
Quod & ferrum hostile efficere potest.

17 Polynicis ad matrẽ, quòd Deo ita prouidente, quamuis exul, in uxorem acceperit filiã Adrasti.

18 Polynicis ad matrem, ut cogitet de reconciliandis fratribus: & ut ipse quoq; ad partem regni admittatur, propter quod est subire omnia paratus.

19 Iocastæ ad Eteoclem, alterum filium, uolentem abire, cũ uideret aduenisse ad colloquium Polynicen fratrẽ, quem regno eiecerat.

20 Iocastæ, ad utrunque filium admonitio, quid spectare oporteat in congressibus.

21 Polynicis, paucis exponẽtis cur uenerit Thebas.

22 Eteoclis, torui & irati, & inhumaniter respondentis fratri Polynici, petenti ius tantũ & æquum.

23 Eiusdem ad matrem, quòd solus uelit possidere bona paterna omnia, nec quicquam cõcedere fratri.

24 Eiusdem ad matrem: Polynices si amica potius oratione, quàm armato exercitu suũ ius quæsiuisset, citius impetrasset etiam quæ uoluit.

25

πρὸς ταῦτ᾽ ἴτω μοὶ πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα,
ζεύγνυσθε δ᾽ ἵππους, πεδία πίμπλασθ᾽ ἁρμάτων,
ὡς οὐ παρήσω τὴν δ᾽ ἐμὴν τυραννίδα.
a εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν· τἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών.

26

Οὐκ εὖ λέγειν χρή, μὴ ᾿πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς.
οὐ γὰρ καλὸν τοῦτ᾽, ἀλλὰ τῇ δίκῃ πικρόν.

27

Ω τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ᾽ ἡ ᾿μπειρία
ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον
Τί b τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι
φιλοτιμίας παῖ; μὴ σύγ᾽ ἄδικος ἡ θεός
πολλοὺς δ᾽ ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας
εἰσῆλθε, κἀξῆλθεν ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων.
c ἐφ᾽ ᾗ σὺ μαίνῃ; Κεῖνο κάλλιον, τέκνον,
ἰσότητα τιμᾶν, ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις,
πόλεις τε πόλεσι, ξυμμάχους δὲ ξυμμάχοις
συνδεῖ. τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ.
d τῷ πλέονι δ᾽ αἰεὶ πολέμιον καθίσταται
τοὔλασσον, ἐχθρᾶς δ᾽ ἡμέρας κατάρχεται.
καὶ γὰρ μέτρ᾽ ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν,
e ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε·
νυκτός τ᾽ ἀφεγγὲς βλέφαρον, ἡλίου τ᾽ φῶς
ἴσον βαδίζει τὸν ἐνιαύσιον κύκλον.
κοὐδέτερον αὐτοῖν φθόνον ἔχει νικώμενον.
εἶθ᾽ ἅλιος μὲν, νύξ τε δουλεύει βροτοῖς.
σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχων ἴσον,
καὶ τῷδ᾽ ἀπονεῖμαι; κᾆτα ποῦ ᾿στιν ἡ δίκη;
τί f τὴν τυραννίδ᾽ ἀδικίαν εὐδαίμονα
g τιμᾷς ὑπέρφευ; καὶ μέγ᾽ ἥγησαι τόδε,
περιβλέπεσθαι τίμιον; κενὸν μὲν οὖν.
h ἢ πολλὰ μοχθεῖν, πόλλ᾽ ἔχων ἐν δώμασι,
βούλει; τί δ᾽ ἔστι τὸ πλέον; ὄνομ᾽ ἔχει μόνον.
i ἐπεὶ τά γ᾽ ἀρκοῦνθ᾽ ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν·
k οὔτοι τὰ χρήματα ἴδια κέκτηνται βροτοί.

τὰ τῶν

25 Si iniquè faciendum, imperij causa id fieri conuenit.

a Iulius Cæsar hos duos uersus semper in ore habuit, quẽadmodum est apud Ciceronẽ lib.3.Officiorum.

26 Res iniusta non laudanda & defendenda, ut honesta & bona.

27 Senum prudentia est: Ideoq; senes audiendi, ijsq; obtemperandum est. In Odyssea Homerus de Aegyptio heroe iam sene sic meminit, ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἦν, καὶ μυρία ᾔδη. Id est, qui iã incuruus erat senio, sed plurima norat. Eos Euripidis uersus uidetur transtulisse Ouidius in Metamorphosi: Non omnia quæ fugiamus Senior ætas habet, seris uenit usus ab annis.

b Ambitio, dearum omnium pessima, τῶν κακῶν μητρόπολις, quemadmodũ ueterũ quidam περὶ φιλαργυρίας καὶ φιλοτιμίας dixit.

c Aequalitas, suum cuique tribuere, omnis boni causa est in mundo.

d Magna in mũdo plerunq; sunt inimica paruis, & contrà.

e Aequalitas quæ bona oparetur in mundo. Platoni ἰσότης τὴν φιλίαν ἀπεργάζεται, αὐτὴ γὰρ φιλίας μήτηρ. lib.6.de Legibus. Vbi id dictum citat, ut uetus quoddam uerbum, quod ipse uehementer probat & cõmendat.

f Tyrannis ex aliorum incõmodis, læsa iusticia, sua comparari commoda.

g Esse conspicuũ & celebrẽ apud homines, res est uanissima, & onus molestissimum.

h Plus est sollicitus magis beatus.

i Homines sapientes & modesti paucis contenti sunt.

k Opes, diuitiæ, & alia bona cùm corporis tum animi, à Deo mutuò accepta habemus.

25

Quare adueniat mihi ignis, adueniant enses,
Coniungite equos, campos implete curribus,
Quoniam non concedam huic meam tyrannidem.
Si enim iniustè facere oportet, imperium propter
Potißimum ius uiolandum est: aliàs pium esse conuenit.

25 Eiusdem ad matrem, quod nolit fratri cedere quameunq; regni partem.

26

Non benè loqui conuenit, in rebus non bonis:
Non enim honestum hoc, sed iure acerbum.

26 Chori, improbantis orationem Eteoclis, qua patrocinabatur omnibus suis iniquè factis.

27

O' fili, non omnia senectuti incommoda,
Eteocles, adsunt: sed ipsa experientia
Potest aliquid dicere iuuenibus prudentius.
Quid pessimam deorum amplecteris
Ambitionem, ô fili? ne facias: iniusta hæc dea.
Multas in domos & ciuitates fœlices
Introgreßa & egressa est, cum pernicie utentium.
Cuius cupiditate tu insanis? Illud melius, ô fili,
Aequalitatem colere, quæ amicos semper amicis,
Ciuitatesq; ciuitatibus, sociosq; socijs
Colligat. Aequalitas enim legitima hominibus est:
Ei uerò quod plus est, semper aduersatur
Hoc quod minus est, odijq; statim initium fit.
Etenim mensuras hominibus, & partes ponderum,
Aequalitas constituit, & numerum definiuit,
Noctisq; obscurum radium, solisq; lumen,
Aequalem ire annuum circulum:
Et neutrum ex ipsis inuidiam habet cum uincitur.
Ergo sol quidem, noxq;, seruit mortalibus:
Tu uerò non sustinebis domuum habens æquas partes,
Et huic distribuere? ubi uerò eßet iusticia?
Quid tyrannidem, quæ per iniuriam est opulenta,
Colis nimis? & magnum existimas hoc,
Admirari conspicuum? imò uanißima hæc res est.
An multis affugi, multum habens in domo,
Vis? Quid nam est copia? nomen habet solum.
Quoniam ea quæ satis sint, sufficiunt modestis.
Nequaquam opes proprias poßident mortales:

27 Oratio est matris Iocastę, in qua dehortatur Eteoclem ab ambitione & tyrannide ad æqualitatem seruandam, quæ causa sit omnis boni in mũdo: & ut fratri Polynici suam quoque partem tribuat.

Sed

τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες, ἐπιμελούμεθα.
ὅταν δὲ χρήζωσ', αὔτ' ἀφαιροῦνται πάλιν.
a ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος.

28

b Μέθετον τὸ λίαν, μέθετον, ἀμαθία δυοῖν
ἐς ταὔθ' ὅταν c μόλητον, ἔχθιστον κακόν.

29

Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος, καὶ φιλόψυχον κακόν.

30

Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

31

Εἰς πολλά γ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ.

32

Ἐλπίδες δ' οὔπω καθεύδουσ', αἷς πέποιθα σὺν θεοῖς.

33

Πάντα δ' εὐπετῆ θεοῖς.

34

Μῶν νεάζων οὐχ ὁρᾷς, ἃ χρή σ' ὁρᾶν;

35

Θέλοιμ' ἄν. ἀλλὰ τοῦθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου.

36

Καὶ μὴν τὸ νικᾶν ἐστι πᾶν εὐβουλία.

37

Βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς;
Κρ. Πάσας γε, πρὶν κίνδυνον εἰς ἅπαξ μολεῖν.

38

Ἴσον φέρει νύξ, τοῖς δὲ τολμῶσι πλέον.

39

Ἐνδυστυχῆσαι δεινὸν εὐφρόνης κνέφας.

40

Ἅπαν ἧκιον τὸ φυλάσσεσθαι καλῶς.

41

Βουλεύου δ', ἐπεὶ πέρ εἶ σοφός.

42

Εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.

43

Θάρσει προκρίνας, ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ;
Κρ. Ἀμφότερον. ἀπολειφθὲν γὰρ οὐδὲν θάτερον.

44 τῇ δ'

a Diuitiæ instabilis res sunt.

28 Duo simul in pertinacia perseuerantes, maximum sunt malum cùm sibi, tum alijs.

b *Persona dualis imperatiui modi Aorist. β. uerbi ἵημι mitto.*

c Secunda dualis: loquitur enim ad duos suos filios.

29 Diuitiæ res sunt timida, quemadmodũ extat de ea docta disputatio apud Aristophanem in Pluto, Lucianum quoque in Timone.

30 Imperator cautè agens, præstat temerario.

31 Querela communis hominum infortunatorum.

32 Semper sperandũ homini.

33 Dij omnia possunt, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται, ut est apud Homerum. Et in ueteri uerbo dicitur, Semper feliciter cadũt Iouis taxilli.

34 Iuuenes per ætatem multa non uident, quæ senes.

35 Aliud est uelle & cupere, aliud uerò posse & perficere.

36 Ducis in consilio posita est uirtus militum. Publius in Mimis.

37 Omnia prius circunspicienda & consideranda, priusquam quid incipiamus: ut dictum est, λέγεσθαι πρὸ ἔργου.

38 Nox hostibus utrinq; idẽ præstat commodum, primò autem aduersam partem aggredientibus maximum.

39 Periculosum est, aliquid tentare contra hostes noctu.

40 Quod benè custoditur, firmius tutiusque est eo quod negligitur.

41 Omnia sapienter cum cõsilio agenda.

42 Vnus uir, nullus uir.

43 Fortitudo sine sapientia parũ potest, Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ: ut sapienter in uersu Homerico dicitur.

Sed opes à dijs habentes, procuratores sumus.
Cum uerò uolunt, eas auferunt iterum.
Itaq; diuitiæ non stabiles sunt, sed diurnæ.

28

Dimittite nimiã uehementiã animi, dimittite. Errores duo
In unum cum conuenerint, maximum malum. (rum

29

Timida sed res diuitiæ, & amans uitæ malum.

30

Cautus enim est melior, quàm temerarius, imperator.

31

Ego ad multa mala nata sum.

32

Spes uerò nondũ dormiunt: quib. cõfisus sum ope deorũ.

33

Omnia enim facilia sunt dijs.

34

Nũ iuuenis existens, nõ cernis quæ oportet te cernere?

35

Cuperem, sed istuc uideo magni laboris.

36

Atqui uictoria est tota sita in bona consultatione.

37

Vis igitur ut uertam me in uias alias quasdam?
Cre. In omnes, antequam periculum semel ineas.

38

Aequale cõmodũ habet in se nox: sed qui aggrediuntur,

39 (plus.

In discrimen uenire periculosum est, noctis in caligine.

40

Omne deterius eo, quod custoditur benè.

41

Consule, siquidem es sapiens.

42

Vnus enim uir non omnia uidet.

43

Fortitudine eligens, aut mentium bono consilio?
Cr. Vtrunq;. relictum enim unum, nihil alterum est.

D 44 Cautioni

28 Eiusdem, monentis & obiurgantis utrunq; filium, Eteoclem quidem tyrannicũ, & Polynicem insipientem, quòd patriæ bellum inferre audeat.

29 Polynicis ad Eteoclem fratrem, quòd diuites & potentes sint meticulosi.

30 Eiusdem ad fratrem, quẽ dicebat se nihili pendere, ut timidum. Rogatur itaq; ab eodem, quare cum tãto exercitu uenerit contra timidum? ad id respõdet Polynices hoc uersu.

31 Vox miseræ matris Iocastę, cum non posset redigere in cõcordiam discordes filios, duos fratres.

32 Polynicis, sperantis futurum, ut aliquando interfecto fratre Eteocle, potiatur regno Thebano.

33 Chori, inuocantis Deos, ut auxilium ferant Thebanæ terræ in rebus afflictis.

34 Creontis ad Eteoclẽ, cuius consiliũ, quomodo cõfligẽ dũ cũ hostibus, non probabat.

35 Creontis ad Eteoclẽ, iuuenem audacem, qui gloriabatur se facilè perditurũ Græcorum exercitum.

36 Eiusdẽ ad eundẽ, adolescẽtem temerarium, sine consilio, & audacem.

37 Eteoclis, quærẽtis ex Creonte sene, quomodo oporteat feliciter & rectè administrare singula.

38 Eteoclis, quærẽtis ex Creonte, an noctu aggrediẽdi sint hostes.

39 Responsio Creontis est, ad præcedentẽ interrogationem Eteoclis.

40 Creontis ad Eteoclem.

41 Eiusdem ad eundẽ, ut omnia sapienter agat.

42 Creontis, iubentis eligere Eteoclẽ septẽ uiros præstantes & fortes, qui agminibus præsint, propterea quòd unus uir non sufficiat ad omnia.

43 Eteoclis, quærentis quales illos uiros esse oporteat, fortes ne, an sapientes etiam.

44 Cautio & prouidentia, cura & diligentia, in omnibus rebus utilis.

τῇ δ' εὐλαβείᾳ χρησιμωτάτῃ θεῶν
προσευχόμεσθα, τήνδε διασώζειν πόλιν.

45 Contentio, causa multorum malorum in uita.

Ἡ δεινά τις ἔρις θεός, ἃ τάδε
μήσατο πήματα γᾶς βασιλεῦσι.

46 Quod honestum non est, nunquam fiet honestum.

Οὐ γὰρ ὁ μὴ καλόν, οὔποτ' ἔφυ καλόν.

47 Senes opus habent baculis & alienis manibus, quibus firmentur & ducantur.

Ὡς πᾶσ' ἀπήνη, τοὺς τε πρεσβύτους, φιλεῖ
χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.

48 Transgresio mandati & uoluntatis Dei, calamitates importat terris.

Νοσεῖ γὰρ ἥδε γῆ πάλαι, Κρέον,
ἐξ οὗ τεκνώθη Λάϊος βίᾳ θεῶν,
πόσιν τ' ἔφυσε μητρὶ μέλεον Οἰδίπουν.

49 Felices de suo non libenter succurrunt laborantibus.

Πικρόν τε τοῖσι τὴν τύχην κεκτημένοις,
πόλει παρασχεῖν φάρμακον σωτηρίας.

50 Voluntati Dei & fato nō pugnandum.

Ἃ πρὸς πέφυκε, ταῦτα κἀνάγκη σε δρᾶν.

51 Omnes cupimus honestè patriæ, sed nemo uult pro salute ipsius aliquid de suo impendere.

Οὐκ ἔκλυον, οὐκ ἤκουσα, χαιρέτω πόλις.

52 Magni domini non libenter audiunt uates & pastores, qui ueritatem ipsis prædicant.

Χαίρων ἴθ', οὐ γὰρ σῶν με δεῖ θεσπισμάτων.

53 In periculis sæpè contra conscientiam, contra ueritatem diuinorū oraculorum agimus, ut salui maneamus.

Ἀπόλωλεν ἡ ἀλήθει', ἐπεὶ σὺ δυστυχεῖς;

54 Vates & sacerdotes homines sunt afflictissimi, quod uera dicendo infensos sibi reddant omnes homines.

* Deus neminem metuit, etiamsi offendat ueritate uerbi sui homines.

Ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ,
μάταιος· ἢν μὲν γὰρ ἐχθρὰ συμνήας τύχῃ,
πικρὸς καθέστηχ' οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ.
ψευδῆ δ' ὑπ' οἴκτου τοῖσι χρωμένοις λέγων,
ἀδικεῖ τὰ τῶν θεῶν. * Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον
χρῆν θεσπιῳδεῖν, ὃς δέδοικεν οὐδένα.

55

Ἐγὼ γὰρ οὔποτ' εἰς τόδ' εἶμι συμφορᾶς,
ὥστε σφαγέντα παῖδα προσδοῦναι πόλει.
πᾶσι † γὰρ ἀνθρώποισι φιλότεκνος βίος,
οὐδ' ἂν τὸν αὑτοῦ παῖδά τις δοίη κτανεῖν.

† Liberi omnibus hominibus sunt charissimi.

44

Cautioni uerò utilißimæ dearum
Supplicemus, hanc ut sospitet ciuitatem.

44 Eteoclis uerba sunt, ad Creontem.

45

Profectò difficilis quidem dea est contentio, quæ has
Conciliauit clades huius terræ regibus.

45 Chori, quòd contentio causa sit multorum malorum in uita.

46

Hoc enim quod honestum non est, nunquam sit honestũ.

46 Chori, detestantis nuptias Oedipi, filij cum matre Iocastæ.

47

Nam omnis greßus, pesq; senis, solet
Manus alienæ expectare leuamina.

47 Creontis, ad Tiresiam uatem, iam senem & cæcum.

48

Aegrotat enim hæc terra dudum, ô Creon,
Ex quo creauit liberos Laius inuitis dijs,
Maritumq; creauit matri infelicem Oedipum.

48 Tiresiæ ad Creontẽ, cui exponit causam, quare affligantur tot malis Thebæ: quia Laius rex Thebarum fecit cõtra mandatum Dei.

49

Et acerbum est illis qui fortunati sunt,
Ciuitati exhibere remedium salutis.

49 Tiresiæ ad Creontẽ, quòd posset seruare à deuastatione Thebas, si mactaret filium suũ Menœcea.

50

Quæ in fatis sunt, eadem neceße est te facere.

50 Eiusdem ad Creontẽ, ægreferentem tam triste uaticinium.

51

Non audiui: nihil animaduerto: ualeat Respublica.

51 Creontis ad Tiresiam, ut pereat potius ciuitas, quàm filius suus.

52

Saluus abi: non enim tuis mihi opus est uaticinijs.

52 Eiusdem ad eundem, ut ualeat cum huiusmodi uaticinijs.

53

Peßum iuit ipsa ueritas, eo quòd tu periclitaris.

53 Tiresię ad Creontẽ, quòd deroget fidem uaticinijs suis, quando uidet sibi & suis inde esse periculum.

54

Quicunq; uaticinandi utitur arte,
Stultus est. si enim aduersa significauerit,
Acerbus est illis quibus uaticinatur.
Falsa uerò præ misericordia dicens illis qui interrogant,
Violat diuina. Phœbum hominibus solum
Oportuit prædicere futura, qui neminem metuit.

54 Tiresiæ uatis iam senis, cũ uideret ualdè se offẽdisse Creontem, cum eũ iuberet immolare pro salute patriæ filium Menœceum.

55

Ego etenim nunquam ad hoc deueniam calamitatis,
Vt mactatum filium addicam ciuitati.
Omnibus enim hominibus amans liberorum uita,
Neq; quispiam suũ ipsius filium dederit ad interficiendũ.

55 Creontis, nolentis mactare filium pro salute Thebarũ.

Μή μ' εὐλογείτω, τἀμά τις κλεινῶν τέκνα.

56 Parentum & præceptorũ est, præcipere & dicere: liberorum uerò & discipulorum, obtemperare & iussa capessere.

56

Οὐκοῦν σε φράζειν εἰκός, ἐκπονεῖν δ' ἐμέ.

57 Si quisque pro sua uirili iuuaret patriam suam, felicius longè haberet.

57

Εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος ὅ,τι δύναιτό τις
Χρηστόν, διέλθοι τοῦτο, κ' εἰς κοινὸν φέροι
πατρίδι, κακῶν ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων
πειρώμεναι, τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖεν ἄν.

58 Qui pro salute patriæ seu moritur, seu se periculis exponit, admirandus & clarus efficitur.

58

Ἀγάμεθ', ἀγάμεθα,
Ὃς ὧδε θάνατον οἴχεται, γᾶς ὑπὲρ πατρῴας.

59 Veterum clypeorum insignia quæ fuerint. Extant similes descriptiones apud Homerũ, Hesiodum, Apolloniũ, Theocritum quoque in Herculisco, cuius finem doctissimus uir Ioachimus Camerarius erudito carmine impleuit: tum etiam alios quosdam authores, ut Aeschylum, &c.

* Futurum primum mediũ, à πάσχομαι patior.

59

Καπανεὺς προσῆγε λόχον ἐπ' Ἠλέκτραις πύλαις,
σιδηρονώτοις δ' ἀσπίδος τύποις ἐπῆν
Γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενὴς ὅλην πόλιν
φέρων, μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βίᾳ,
ὑπόνοιαν ἡμῖν, οἷα * πείσεται πόλις.

60 Superbis Deus resistit, & grauissimè animaduertit in blasphemos & contemptores sui numinis: quemadmodum docet exemplum utriusque Aiacis apud Homerum & Sophoclem.

60

Καπανεὺς δὲ πῶς εἴποιμ' ἂν ὡς ἐμαίνετο;
μακραύχενος γὰρ κλίμακος πρὸς ἀμβάσεις
ἔχων ἐχώρει, καὶ τοσόνδ' ἐκόμπασε·
μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διός,
τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν.
καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πετρούμενος
ἀνεῖρφ' ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἰλίξας δέμας,
κλίμακος ἀμείβων ξέστ' ἐνηλάτων βάθρα.
ἤδη δ' ὑπερβαίνοντα γεῖσα τειχέων,
βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν. ἐκτύπησε δὲ
χθών, ὥστε δεῖσαι πάντας. ἐκ δὲ κλιμάκων
ἐσφενδονᾶτο χωρὶς ἀλλήλων μέλη.
κόμαι μὲν εἰς ὄλυμπον, αἷμα δ' εἰς χθόνα,
χεῖρες δὲ καὶ κῶλ' ὡς κύκλωμ' Ἰξίονος
ἑλίσσεται, εἰς γῆν δ' ἔμπυρος πίπτει νεκρός.

61 Res iucunda est uictoria.

61

Καλὸν τὸ νικᾷν.

62 Mortui à uiuis sepeliendi.

62

Τοῖς γὰρ θανοῦσι χρή, τὸν οὐ τεθνηκότα
τιμὰς διδόντα, χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν.

Ne me laudet, meos quiſpiam interficiens liberos.

56

Nimirum conueniens eſt te dicere, efficere uerò me.

56 Menœcei ad patrem, ex quo quærit, quò fugiat, ne mactetur à ciuitate.

57

Si enim accipiens quiſque, quodcunque poßit quiſpiam
Bonum, transferret hoc, & ad commune ferret
Patriæ, malis ciuitates minoribus
Tentatæ, in reliquum fœlices eſſent.

57 Menœcei, filij Creontis, quòd contra uoluntatem patris ſui, ſua morte, quantũ quidem in ſe ſit, uelit liberare patriam, ne pereat.

58

Admiramur admiramur,
Qui ad mortem abit, terra pro patria.

58 Chori, admirantis magnitudinẽ animi Menœcei, quòd ultro abiret ad mortem pro ſalute patriæ.

59

Capaneus admouebat agmen ad Electras portas.
Ferreis uerò clypei figuris inerat
Gigas, ſupra humeros terrigena totam ciuitatem
Geſtans, uectibus euellens ui:
Argumentum nobis, qualia paſſura eſſet noſtra ciuitas.

59 Capanei impij inſignia, quæ in ſcuto ſuperbè inſcripta habebat, & minabatur interitum Thebanis, dijs etiam inuitis.

60

Capaneus uerò, quî dicerem, ut inſanierit?
Altæ nanque ſcalæ ad aſcenſus
Ibat, ac talia gloriatus eſt:
Neque uenerabilem ignem illum prohibere Iouis,
Quo minus ſummis arcibus caperet ciuitatem.
Et hæc ſimul loquebatur, & lapidibus ictus
Aſcendebat ſub ipſo clypeo conuoluens corpus,
Gradatim aſcendens ſcalæ politos perticarum clathros.
Iam uerò ſuperantem pinnas murorum,
Ferit fulmine Iupiter ipſum. inſonuit uerò
Terra, ut formidine corriperentur omnes. à ſcalis autem
Diſijciebantur, uelut à funda, à ſe mutuò membra.
Comæ quidem ad Olympum, ſanguis uerò ad terram,
Manus uerò & pedes tanquam rota Ixionis
Rotabantur, ad terrã uerò ambuſtum decidit cadauer.

60 Nuncij, narrantis Iocaſtæ impias uoces Capanei, quas eructabat contra Deos: & quomodo etiã ſingulari pœna affectus à dijs, malè perierit.

61

Res iucunda eſt uincere.

61 Eiuſdem nuncij, indicantis quòd fortuna adhuc ſit cũ Thebanis.

62

Mortuis enim conuenit, uiuum
Honores exhibentem, inferum colere Deum.

62 Creontis, de filio Menœceo, qui pro patria ſe interfecerat, ſepeliendo.

63 Preces horrendæ & abominandæ, ut dij se adiuuent in occidendo fratre.

63

Δός μοι κτανεῖν ἀδελφόν, αὐτήρη δ' ἐμὴν
καθαιματῶσαι δεξιὰν νικηφόρον.
αἴσχιστον αὐτῷ στέφανον, ὁμογενῆ κτανεῖν.

* Vita plena multorum tristissimorum casuum.

* πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα τῆς τύχης ὅση.
κἄβλεψαν ἀλλήλοισι, διαδόντες κόρας.

64 Preces diræ & execrandæ contra fratrem factæ.

64

Ω Διὸς κόρη,
δὸς ἔγχος ἡμῖν καλλίνικον ἐκ χερὸς
εἰς στέρν' ἀδελφοῦ τῆσδ' ἀπ' ὠλένης βαλεῖν,
κτανεῖνθ', ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.

65 Duobus certantibus, & utroq; cadente, neuter uicisse putatur.

65

Θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέλει.

66 Magna calamitas, confectis mutuis uulneribus duobus fratribus, quando mater quoque præ dolore seipsam transfodit. Exempla furoris & odij Sathanę in miseros homines.

66

Ιώ μοι πάτερ,
Τίς ἑλλάς, ἢ βάρβαρος, ἢ τῶν προπάροι-
θεν εὐγενετᾶν ἕτερος ἔτλα κακῶν τόσων
δι' αἵματος ἀμερίου τοιάδ' ἄχεα φανερά;

67 De homine absumpto curis, doloribus & senio.

67

Πόλιον αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον,
ἢ νέκυν ἔνερθεν, ἢ πτανὸν ὄνειρον;

68 Deus punit peccata parentum in liberis.

68

Οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπὶ χάρμασιν,
ἀλλ' ὀδύναισι λέγω· ὁ σὸς ἀλάστωρ
ξίφεσι βρίθων, καὶ πυρί, καὶ σχετλίαισι μάχαις,
ἐπὶ παῖδας ἔβα σούς, ὦ πάτερ.

69 Querela hominis planè infelicis, miseri, & in omnibus calamitosi.

69

Ω μοῖρ', ἀπ' ἀρχῆς ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον,
καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ.

70 Animi constantia & magnitudo etiam in aduersis retinenda, ne fracti malis, aliquid indignum nostra persona admittamus.

70

Οὐ μὴν ἑλίξας γ' ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ,
κακὸς φανοῦμαι. τὸ γὰρ ἐμόν ποτ' εὐγενὲς
οὐκ ἂν προδοίην, οὐδ' ἔπερ πράσσων κακῶς.

71 In hominem totum infelicem. Et docent hi uersus, atrocia peccata, incestas nuptias, atrocibus quoque & multis simul pœnis puniri.

71

Οὐ γὰρ τὸ μέν σοι βαρὺ κακῶν, τὸ δ' οὐ βαρύ,
ἀλλ' εἰς ἅπαντα δυστυχὴς ἔφυς πάτερ.

72 Impia mandata magistratus non sunt exequenda.

72

Πῶς τἀπεσταλμένον οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν;
Αν. οὔκ, εἰ πονηρά τ' ᾖ, κακῶς τ' εἰρημένα.

63

Da mihi interficere fratrem, aduersariam uerò meam
Cruentare dextram uictricem.
Turpißimã peto palmam, germanum fratrem interficere.
Multitudo uerò cœpit lachrymari propter fortunã, quãta
Et respexerũt ad se inuicẽ mutuis oculis. (quanta erat:

64

O' Iouis filia,
Da hastam nobis uictricem eminus
In pectora fratris ex hac manu mittere,
Interficereq́;, qui uenit patriam depopulaturus meam.

65

Inter mortuos nusquam uictoria est.

66

Eheu pater,
Quæ Græcia aut barbaria, aut ex priscis
Nobilibus alius, passus est mala tot,
Per sanguinem humanũ huiusmodi dolores manifestos?

67

Canum aeris tanquam simulachrum,
Aut mortuum inferum, aut uolatile somnium?

68

Non per exprobrationem, neque per insultationem,
Sed cum dolore dico: tuus malus genius
Gladijs plenus, & incendio, & miseris pugnis,
Ad filios iuit tuos, ô pater.

69

O' fatum, à principio quàm me produxisti miserum,
Et laboriosum, si quis alius hominum existit.

70

Non tamen implicans circa tua manus genua,
Timidus uidebor. meam enim pristinam nobilitatem
Non perdam, neque quamuis malè habeo.

71

Non enim hoc quidem tibi graue malorũ, illud uerò leue.
Sed ad omnia infelix es, ô pater.

72

Quomodo ea quæ præcepta sint, nõ iustum est efficere?
An. Non, si & mala fuerint, & perperam pronunciata.

63 Preces sunt Polynicis ad Iunonem, ante congressum cũ fratre Eteocle, in singulari certamine.

64 Eteoclis, inuocantis Palladem, ut largiatur sibi uictoriam contra fratrem.

65 Nuncij, dicentis Creonti, quòd quia uterque frater in monomachia perijssent simul, nemo uictoriam cõsecutus sit.

66 Antigonæ filiæ, intuentis tria simul funera duorũ fratrum, & matris Iocastæ.

67 Oedipi, deplorantis suã miseriã: & quomodo affectus sit, miserrimè confectus cura, dolore & senio, ostendit.

68 Antigonæ filiæ ad patrem Oedipũ, quòd mater & fratres perierint propter peccata Oedipi.

69 Oedipi querela, qui à Creonte expellitur Thebana terra, ne suo malo genio perdat Thebas.

70 Oedipi ad Creõtem, cui non uult supplex fieri, quamuis infinitis malis pressus, ne se eijciat scilicet.

71 Antigones ad patrem Oedipum, prorsus infelicem, tam multis magnisq́; calamitatib. pressum.

72 Creontis ad Antigonem, quod rectè faciat, persequens quæ ante obitum præcepisset Eteocles, de non sepeliẽdo Polynice fratre.

73

Ἀλλ' εὐκλεές τοι δύω φίλω κεῖσθαι πέλας.

74

Κἀκεῖνο κέκειται, μὴ 'φυβρίζεσθαι νέκρους.

75

Γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις.

76

Ὁ δ' Οἰδίπους ποῦ, καὶ τὰ κλειν' αἰνίγματα;
ὄλωλ', ἓν ἦμάρ μ' ὤλβισεν, ἓν δ' ἀπώλεσεν.

77

Αἰσχρὰ φυγὴ θυγατρὶ σὺν τυφλῷ πατρί.
Αν. οὐ σωφρονούσῃ γ', ἀλλὰ γενναίᾳ, πάτερ.

78

Ὡς ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων.

79

Οὐχ ὁρᾷ δίκα κακοὺς,
οὐδ' ἀμείβεται βροτῶν ἀσυνεσίας.

80

Ὦ πάτρας κλεινοὶ πολῖται,
λεύσσετ'. Οἰδίπους ὅδε,
ὃς τὰ κλειν' αἰνίγματ' ἔγνω, καὶ μέγιστος ἦν ἀνήρ,
ὃς μόνος Σφιγγὸς κατέσχον τῆς μιαιφόνου κράτη,
νῦν δ' ἄτιμος, οἰκτρὸς, ἐξελαύνομαι χθονός.
ἀτὰρ τί ταῦτα θρηνῶ, καὶ μάτην ὀδύρομαι;
τὰς * γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας, θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.

Τέλος.

73 Amico gloriosum est uenire in discrimen, propter amicum.

74 In mortuos non exercenda contumelia, nō sçuiendum in eos: quemadmodum in uersu Homeri præcipitur, & Phocylidæ, qui iubet γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρτεύτοις νεκύεσι.

75 In nimium audaces, & tenaces sui propositi.

76 Fortuna leuis, mobilis & inconstans: itaque omnia oportet expectare homines, cum nihil sit quod non accidere possit. Similis querela suprà est in Hecuba.

77 Non est turpe filiæ generosæ, ex ulare cum patre, qui pellitur in exilium à tyrannis.

78 Senes somnia sunt. Ipsos uerò homines in uniuersum Pindarus σκιᾶς ὄναρ nominat, καὶ πομφόλυγας, ut aliàs dicitur.

79 In aduersis incipimus dubitare de prouidentia.

80 Fortuna inconstans, & κύκλος τὰ ἀνθρώπινα.

* *Faxis ut libeat, quod est necesse: Publius in Mimis.* νοῦσον γ' οὔπως ἔστι Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι, *ut dicitur apud Homerum Odyß. 9.*

73

Sedenim gloriosum est, duos amicos iacêre propè.

74

Et illud legitimum est, non uiolare mortuos.

75

Generositas tibi inest, sed tamẽ & stultitia quædã in est.

76

Sed Oedipus ubi, & inclyta ænigmata?
Perijt, una dies me beauit, una quoque perdidit.

77

Turpe est exilium filiæ cum cæco patre.
An. Non sapienti utique, sed generosæ, ô pater.

78

Instar somnij robur habens.

79

Non respicit iusticia miseros,
Neq; permutat mortalium stultitias.

80

O' patriæ inclyti ciues,
Videtis. Oedipus ille,
Qui inclyta illa ænigmata cognouit, soluit, & maximus fuit uir,
Qui solus Sphingis deuici sanguinariæ uires:
Nunc uerò ignominia affectus, miserabilis maximè, expellor à terra.
Sed quid hæc defleo, & frustra lamentor?
Quæ enim ex dijs ueniunt necessitates, mortalem existentem oportet ferre.

FINIS.

73 Antigones, quòd uelit cõtra edictum impium sepelire fratrem Polynicem, etiamsi cũ ipso interfecta sepeliri debeat.

74 Eiusdem ad eundem, non esse sæuiendum in mortuos.

75 Creontis ad Antigonem, exulare potius uolentem cum patre Oedipo, quàm consentire in nuptias cum Hæmone filio Creontis.

76 Antigones ad patrem cæcum, planè destitutum omni spe & auxilio, cum olim esset florentissimus, & felicissimus etiam.

77 Oedipi ad filiam Antigonem, quam non uult secũ proficisci in exilium, cum domi possit beatè agere, nupta cum Creontis filio.

78 Antigones, de patre Oedipo.

79 Antigones ad patrẽ Oedipum, flentem suas miserias, & exilium triste.

80 Oedipi, ad ciues.

ARGVMENTVM SVPPLICVM
Euripidis.

Polynices cum Græcis insepultus abijci iubetur.

CVm in bello Thebano, excitato inter duos fratres, Eteoclem & Polynicem, quemadmodum pluribus dictum est in Phœnissis, uterq; fratrum cecidissent, & ad Creontem fratrem Iocastæ regnum peruenisset: noluit Creon sepeliri Polynicem, alterum fratrem: Græcos quoque, qui cum Polynice uenientes in eo bello cecidissent, insepultos abijci pręcepit.

Adrastus rex Argiuorum cũ matribus interfectorum ad Thebas, fit supplex Theseo regi Atheniensi.

Adrastus ergo rex Argiuorũ, simul & matres optimatum, qui ante Thebas occubuerant, profecti Athenas, supplices fiunt Theseo regi Atheniensi, pietati & iusticiæ semper studenti, ut ipse uel precibus, uel ui etiam impetret apud Creontem regem Thebanum, ut secundum communem legem totius Græciæ, mortuos sibi sepelire liceat.

Theseus infert bellum Thebanis, quòd prohiberent à sepultura interfectos.

Cum uerò Theseus precib. nihil æqui boniq; à Creonte impetrare posset, & tamen supplices iuuare pium & honestum esse statueret: illato Thebanis bello, & cæsis ijs fœlici prælio, mortuos Argiuis sepeliendos tradidit.

Euadne uxor Capanei abijcit se uiua in rogũ mariti, spectante sene patre.

Vbi Euadne, uxor Capanei percussi fulmine, propter linguæ petulantem temeritatem & blasphemiam in Deos, impatientia doloris uicta, spectante sene patre Iphide, ex alta petra in rogum mariti desilijt.

Maior pars Tragœdiæ laudes Athenarũ cõtinet.

Cæterùm maior pars Dramatis encomium
Athenarum continet.

PERSO-

PERSONAE *Fabulæ.*

Aethra, mater Thesei regis Atheniēsis, intercedens apud filium pro supplicibus Argiuis.

Chorus, constat ex Argiuis mulieribus, quæ matres erant apud Thebas occisorum optimatum.

Theseus, rex Athenarum.

Adrastus, rex Argiuorum.

Præco, à Creonte missus ad Thesea, ut ei persuadeat, ne iuuet Argiuos supplices.

Nuncius, qui nunciat cæsos à Theseo Thebanos, crudeles & tyrannicos in mortuos.

Euadne, uxor Capanei, percussi fulmine, quòd gloriaretur excisurum se Thebas uel etiam inuitis dijs.

Iphis, pater Euadnes, miser senex, qui tria simul uidet funera: filij Eteoclis, interfecti ante Thebas: filię Euadnæ, quę ex petra dolore uicta se deijcit: & Capanei, mariti filiæ Euadnæ, generi.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΣ Ἣ ΚΑΛΕΙΤΑΙ ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

1 Vxor quæ in publico curãda habet, debet curare per maritum.

7 Mortui lachrymis honorandi.

3 Matres plus solent dolere obitus filiorum, quàm patres.

4 Nemo scit quid quisque uelit, & cur uenerit, nisi id uerbis exponat.

5 Bellum plerunq; aufert optimos.

6 Iuuenum impetus consilio carens plerunque est noxius.

* Sequi potius iuueniles impetus, quàm salutaria consilia, perdidit multos imperatores.

a Turpe, senem supplicẽ fieri iuueni: quemadmodũ apud Homerum Priamus cogitur se abijcere ad genua Achillis, ut hac ratione, datis prętereamultis donis, redimat filiũ Hectorem, quem ipse Achilles crudeliter interfecerat.

b Sæpè calamitatibus uicti, aliquid indignum officio, persona & ætate nostra facimus.

c Senectus non uenit sola: circumsilit agmine facto Morborum omne genus, ut est apud Satyricum.

8 Diuites sæpè aspiciant pauperes & miseros, ne superbiát: sed cogitent potius de rerum humanarum inconstantia.

d Pauperes aspiciant diuites, ut & ipsi ad amorem diuitiarum excitentur honestis laboribus. ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων Εἰς ἄφενον σπεύδοντ᾽. ἀγαθὴ δ᾽ ἔρις ἥδε βροτοῖσι, ut est apud Hesiod.

1



Αντα γὰρ δι' ἀρσένων
γυναιξὶ πράσσειν εἰκός, αἵτινες σοφοί.

2

τὰ γὰρ φθιτῶν, τοῖς ὀρῶσιν κόσμος.

3

Τὸ γὰρ θανόντων τέκνων,
ἐπίπονόν τι κατὰ γυναῖκας
εἰς γόους πέφυκε πάθος.

4

Γέρας γὰρ οὐδὲν μὴ διὰ γλώσσης ἰόν.

5

Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

6

Νέων γὰρ ἀνδρῶν θόρυβος ἐξέπληξε με.
* εὐψυχίαν ἐσπούδασας ἀντ' εὐβουλίας.
ὃ δή γε πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας.

7

ἀλλ' ὦ καθ' Ἑλλάδ' ἀλκιμώτατον κάρα,
ἄναξ Ἀθηνῶν, ἐν μὲν αἰσχύναις ἔχω,
πίτνων a πρὸς οὖδας, γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερὶ,
πολιὸς ἀνὴρ, εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος.
b ὅμως δ' ἀνάγκη συμφοραῖς εἴκειν ἐμαῖς.
σῶσον νεκρούς μοι, τἀμάτ' οἰκτείρας κακὰ,
καὶ τῶν θανόντων τάσδε μητέρας τέκνων
c αἷς γῆρας ἥκει πολιὸν εἰς ἀπαιδίαν.
ἐλθεῖν δ' ἔτλησαν δεῦρο, καὶ ξένον πόδα
θεῖναι, μόλις γεραιὰ κινοῦσαι μέλει.

8

Σοφὸν δὲ, πενίαν τ' εἰσορᾶν τὸν ὄλβιον,
d πένητά τ' εἰς τοὺς πλουσίους ἀποβλέπειν
ζηλοῦνθ', ἵν' αὐτὸν χρημάτων ἔρως ἔχῃ,
τά τ' οἰκτρὰ τοὺς μὴ δυστυχεῖς δεδοικέναι·

τὸν

EX TRAGOEDIA

QVAE VOCATVR SVPPLICES.

1



Mnia enim per mares
Mulieribus peragere conuenit, quæ modò prudentes.

2

Mortui enim à uiuentibus honorandi.

3

Hæc enim erga mortuos filios,
Grauis quædam mulieribus
Ad luctus insita est affectio.

4

Finis enim nullus, qui non per linguam fit.

5

Huiusmodi, ô infelix, bellum efficit.

6

Iuuenum enim uirorum tumultus perculerat me.
Th. Alacritati nimirũ studuisti, potius quàm bonis cõsilijs.
Hoc sanè multos perdidit imperatores.

7

Sed ô per Græciam fortissimum caput,
Rex Athenarum, turpe quidem duco,
Procumbens solo genua tua amplecti manu,
Canus uir, pari forsan infœlicitate constitutus prius.
Tamen necesse est calamitatibus cedere meis.
Serua mortuos mihi, mea miseratus mala,
Et mortuorum hasce matres filiorum,
Quibus senectus uenit cana ad orbitatem.
Venire uerò sustinuerunt huc, & peregrinum pedem
Ponere, uix senilia mouentes membra.

8

Sapiens uerò, & paupertatem aspicere diuitem,
Pauperemq; ad diuites respicere,
Aemulantem, ut se quoq; diuitiarum amor inuadat,
Miserabiliaq; fœlices timeant:

1 Aethræ reginæ Athenarũ, de filio Theseo, ut efficiat apud Thebanos, ut liceat Argiuis suos sepelire mortuos.

2 Chori, quòd lachrymæ sint honor qui tribuitur mortuis.

3 Chori, quòd matres grauiter doleant obitus filiorum.

4 Thesei, ad Adrastum supplicem, & lugentem, ut desinat lugere, & dicere quid uenerit.

5 Thesei ad Adrastum, qui querebatur quòd in bello Thebano summos uiros amiserit.

6 Adrasti ad Thesea, quòd iuuenibus obtemperans, bellum Thebanis intulerit.

7 Adrasti ad Thesea, cui fit supplex, aduolutus ad genua, ut se iuuet consilio & re, quo interfectos Græcos ad Thebas sibi sepelire liceat.

8 Eiusdem ad eundem, ut cõsiderata humana imbecillitate, & rerum humanarum incõstantia, nõ negligat se cũ suis, sed iuuet miseros.

a Poeta si debet exhilarare auditores, necesse est, ne tristis, sed lætus scribat carmina: aliàs non afficient, quemadmodum præcipit etiam Horatius in Arte poetica.

τὸν a δ' ὑμνοποιόν, αὐτὸς ἂν τίκτῃ μέλη,
χαίροντα τίκτειν. ἢν δὲ μὴ πάσχῃ τόδε,
οὔτοι δύναιτ' ἄν, οἴκοθέν γ' ἀτώμενος,
τέρπειν ἂν ἄλλους. οὐδὲ γὰρ δίκην ἔχει.

9 Multæ ciuitates pessum ierunt bono imperatore carẽtes: quemadmodum in Publij Mimo dicitur, Malè imperando etiam summum imperium amittitur.

9

Ἔχει σε ποιμὴν ἐσθλόν, οὗ χρείᾳ πόλεις
πολλαὶ διώλοντ', ἐνδεεῖς στρατηλάτου.

10 Vita plura mala habet quàm bona.

b Vita plura habet bona quàm mala.

c Deus, qui luculenter prospexit hominibus omnibus necessarijs, nõ est causa mali & calamitatum hominibus: uerùm sibi ipsis accersunt mala, dum contumacia quadam, non contenti Dei bonitate, & præsentibus bonis, Deo sapientiores uideri uolunt.

10

Ἔλεξε γάρ τις, ὡς τὰ χείρονα
πλείω βροτοῖσίν ἐστι τῶν ἀμεινόνων.
ἐγὼ δὲ τούτοις ἀντίαν γνώμην ἔχω,
b πλείω τὰ χρηστὰ τῶν κακῶν εἶναι βροτοῖς.
εἰ μὴ γὰρ ἦν τόδ', οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει.
c αἰνῶ δ', ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου
καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο·
πρῶτα μὲν ἐνθεὶς σύνεσιν, εἶτα δ' ἄγγελον
γλῶσσαν λόγων δούς, ὥστε γιγνώσκειν ὄπα,
τροφήν τε καρποῦ, τῇ τροφῇ τ' ἀπ' οὐρανοῦ
σταγόνας ὑδρηλάς, ὡς τά γ' ἐκ γαίας τρέφῃ
ἄρδῃ τε νηδύν. πρὸς δὲ τοῖσι χείματος
προβλήματ' αἶθον, ἐξαμύνασθαι θεοῦ,
πόντου τε ναυστολήματ', ὡς διαλλαγὰς
ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν, ὧν πένοιτο γῆ.

d Veteres ex igne & uisceribus & augurijs futura prænoscebant.

d ἃ δ' ἔστ' ἄσημα κοὐ σαφῆ, γιγνώσκομεν
εἰς πῦρ βλέποντες, καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας
μάντεις προσημαίνουσιν, οἰωνῶν τ' ἄπο.

e Alimur à Deo, omnia ipso sufficienter uitę suppeditante.

f Homines, dum negligunt quæ Deus sapienter propter homines, ordinauit, Deo cum damno sapiẽtiores esse uolũt.

e ἆρ' οὐ τρυφῶμεν, θεοῦ κατασκευὴν βίου
δόντος τοιαύτην; οἷσιν οὐκ ἀρκεῖ τάδε;
f ἀλλ' ἡ φρόνησις, τοῦ θεοῦ μεῖζον σθένειν
ζητεῖ. τὸ γαῦρον δ' ἐν χεροῖν κεκτημένοι,
δοκοῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφώτεροι.

3 Iuuenes non tanguntur calamitatibus, seu malis parentum, uel etiam quorumcunque hominum.

3

Νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.

4 Boni & probi serui afficiũtur malis suorũ dominorum.

4

Χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν
κακῶς πιτνοῦντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.

5 Antiquæ amicitiæ & affinitates postponuntur nouis.

5

Παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων.

6 Quisque seipsum plus diligit, quàm proximum.

a Pater sæpè liberos ex priori uxore susceptos non diligit, sed odisse incipit, in gratiã uxoris secundæ, cuius gratiam hoc pacto sibi conciliare studet.

6

Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; ἄρτι γινώσκει τόδε,
ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ;
οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν,
εἰ [a] τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκα οὐ στέργει πατήρ;

7 Animus perturbatus haud sibi constare potest.

7

Τί ποτ' ἐργάσεται
μεγαλόσπλαγχνος, δυσκατάπαυστος
ψυχὴ, δηχθεῖσα κακοῖσιν.

8 Potentiorũ animi leui occasione ad iram excitantur, quam deinde tardè deponũt.

b Aut præstat in mediocri fortuna uiuere, aut in splendida si ne aduersitate (quod uix ulli dabitur) consenescere.

* Præteritum passiuum infinitiui modi, ab ἐθίζομαι.

c In mediocri fortuna tutius & constantius uiuitur, quàm splendida, quæ mutationi subiacet.

8

Δεινὰ τυράννων λήμματα· καί πως
ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες
χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσι.
[b] τὸ γὰρ * εἰθίσθαι ζῆν ἐπ' ἴσοισι,
κρεῖσσον ἔμοι γ' οὖν, εἰ μὴ μεγάλως
ὀχυρῶς τ' εἴη καταγηράσκειν.
τῶν [c] γὰρ μετρίων πρῶτα μὲν εἰπεῖν
τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαί τε μακρῷ
λῷστα βροτοῖσι· τὰ δ' ὑπερβάλλοντ'
οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς.

μείζους

EX TRAGOEDIA
QVAE VOCATVR
MEDEA.

1

Væ utique maxima existit salus,
Cum uxor cum uiro non dissidet.

2

Didicit uerò misera per calamitatem,
Quale sit bonum, à patria non abesse terra.
Odit liberos, neque cernens exhilaratur.

3

Iuuenis enim cura non dolere assolet.

4

Probis seruis calamitas sunt res dominorum
Malè cadentes, animumq; discruciant.

5

Antiquæ nouis cedunt affinitatibus.

6

Quis uerò non mortalium iam cognoscit istud,
Quòd quisque seipsum quàm proximum magis diligit?
Hi quidem iustè, alij etiam lucri gratia.
Quid mirum est, si cõnubij gratia non diligit hosce pater?

7

Quid'nam aget
Iracunda, irrequieta
Anima, irritata miserijs?

8

Vehementes sunt potentiorum animi: & aliquo modo
Leui momento incipientes, subinde inualescentes,
Difficulter iras deponunt.
Assuesci uerò uiuere in mediocritate,
Potius mihi utique, nisi splendidè
Tutoq; detur consenescere.
Mediocritatis enim primum quidem dictu
Nomen excellit, uti & longè
Vtilissimum mortalibus: sed potentiora
Breui momento ualent mortalibus.

1 Verba sunt nutricis Medeæ, de Iasone & Medea.

2 Eiusdem, de Medea miserrimè affecta, cum audiret se desertam esse ab Iasone.

3 Eiusdem, de liberis Medeæ, quos non tangebat dolor matris.

4 Nutricis ad pædagogum, quærentem quid ipsa nutrix tristis esset.

5 Pædagogi ad nutricem, mirantem quòd Iason posset ferre, ut Creon Medeam cum liberis è terra Corinthiaca expelleret.

6 Pædagogi ad nutricem, mirantem quomodo Iason posſit deserere coniugem prioré, & liberos, propter nouam nuptam Creontis filiam.

7 Nutricis, ad liberos Medeæ, miserrimè affectæ, quòd esset deserta ab Iasone.

8 Nutricis, de Medea precãte mala cũcta liberis, propter Iasonem maritum perfidum. Ea nutrix audiens, prædicat uitam mediocrium hominum, quòd ea sit & tranquillior & felicior, quàm magnorũ & potentum in mundo.

a Maioribus malis premuntur quæ alta sunt, & conspicua in mundo.

a μείζους δ᾽ ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ
δαίμων, οἴκοις ἀπέδωκεν.

9 Celerius eueniunt quæ molesta, quàm ea quæ cupidè petas: ut apud Plautum dicitur.

9

Ἐπεὶ μὴ φίλα κέκραται.

10 Ethnicorum impatientia & solatium in aduersis, nō amplius uiuere uelle.

10

Αἰαῖ, διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία
βαίη. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;
φεῦ φεῦ, θανάτῳ καταλυσαίμαν,
βιοτὰν στυγερὰν προλιποῦσα.

11 Musica non conuiuijs adhibenda: sed in dolore, luctu & tristitia, ut ea dolor leniatur, & sopiatur etiam.

b Dolor & tristitia sæpè euertit totas familias: quòd impatientia in malis uicti homines, sæpè designent horrenda & tragica.

11

Σκαιοὺς δὲ λέγων, κοὐδέν τι σοφοὺς,
τοὺς πρόσθε βροτοὺς, οὐκ ἂν ἁμάρτοις.
οἵτινες ὕμνους ἐπὶ μὲν θαλίαις,
ἐπί τ᾽ εἰλαπίναις, καὶ παρὰ δείπνοις
εὕροντο βίου τερπνὰς ἀκοάς·
στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας
εὕρετο, μούσῃ καὶ πολυχόρδοις
ᾠδαῖς b παύειν, ἐξ ὧν θάνατοι
δειναί τε τύχαι σφάλλουσι δόμους.
καί τοι τάδε μὲν κέρδος ἀκεῖσθαι
μολπαῖσι βροτούς. ἵνα δ᾽ εὔδειπνοι
δαῖτες, τί μάτην τείνουσι βοάν;
τὸ παρὸν γὰρ ἔχει τέρψιν ἀφ᾽ αὑτοῦ
δαιτὸς πλήρωμα βροτοῖσιν.

12 Hominum aliqui absentia, aliqui contrà præsentia molesti sunt.

c Homines nihil agentes, in obscuro, sineque gloria uitam exigunt.

d Homines iusticiam nō habent præ oculis.

e De hominibus non iudicādum, nisi ipsorum mores probè quis prius perspexerit.

f Hospitem decet sæpè colloqui cum ciuibus, nec sua peruicacia eos sibi inimicos facere.

12

Οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
c τοὺς δ᾽ ἐν θυραίοις. οἱ δ᾽ ἀφ᾽ ἡσύχου ποδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο, καὶ ῥᾳθυμίαν.
d δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ᾽ ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν,
ὅς e τις πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς,
στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος.
f χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει.
οὐδ᾽ ἀστὸν ᾔνεσ᾽, ὅστις αὐθάδης γεγὼς,
πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο.

13 Mulieres omnium animalium miserrima creatura.

13

Πάντων δ᾽ ὅσ᾽ ἐστ᾽ ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν,

Maiores quin calamitates, cum iratus fuerit
Deus, domibus exhibet.

9

Nam quæ non placent, perfecta sunt.

9 Chori uerba sunt, de Medea aliquid triste moliente.

10

Ae, æ, per meum caput flamma cœlestis
Eat. quid enim mihi uiuere amplius utile est?
Heu heu, utinam moriar,
Vitam odiosam relinquens.

10 Medeæ, impatientissimè ferentis, Iasonis mariti perfidiam.

11

Ineptos si dixeris, nec ulla ex parte prudentes,
Maiores homines, non errares:
Quòd quidem hymnos ad celebritates,
Et ad compotationes, & circa epulas
Inuenerunt, uitæ iucunda oblectamina:
Stygias uerò mortalium nullus tristitias
nuenit, musica, & multichordis
Canticis sedare, ex quibus mortes,
Grauesq; fortunæ subuertunt domos.
Atqui has quidem utilitas mederi
Canticis mortales. ubi uerò lauta
Conuiuia, quid frustrà intendunt uocem?
Præsens enim habet oblectationem à sese,
Conuiuij frequentia hominibus.

11 Nutricis, indignantis hominibus, quòd hymnos inuenerint conuiuijs, ubi aliàs lætantur homines: nullus uerò musicam ostenderit, quæ tristicias abigat, ubi ea maximè opus esset.

12

Noui enim plerosque mortalium
Morosos esse: hos quidem absentia,
Illos frequenti præsentia. alij uerò à quieto pede,
Infamiam pepererunt, & ignauiam.
Iusticia enim non inest in oculis hominum,
Quicunque antequam hominis mores perdiscat probè,
Odit ubi primùm uidit, nihil læsus.
Conuenit uerò peregrinum sæpè accedere ad ciues,
Neq; ciuem laudo, quicunque peruicax cum sit,
*Acerbus est ciuibus * propter inscitiam.*

12 Medeæ, exeuntis ex ædibus ad Chorum.

* Id est, quia nunquam perspexit ipsorum mores.

13

Omniũ uerò quæ prædita sunt anima, & rationẽ habent,
Mulieres sumus miserrima creatura,

13 Eiusdem Medeæ, incusantis Iasonem ut proditorem cõiugij, fœderum & fidei: & querentis deinde, quòd mulieres omnium animantium sint miserrimæ.

a Mulieres dote coguntur quęrere maritum, dominumq́; corporis: incertæ qualem tamen maritum accepturæ sint, malum ne an bonum.
b Mulieribus non concessa diuortia: quemadmodum maritis licuit repudiare uxorem, quæ non placebat.
c Mulieres etiam hoc nomine miseræ sunt, quòd coguntur se applicare moribus mariti, eosq́; diligenter quales sint addiscere.
d Beatum & felix illud coniugiũ est, ubi mulier cognitis moribus mariti, se ijs applicat.
e Vir molestiam suam potest expuere apud amicos qui foris sunt: mulier autem, etiam iniuria affecta, hoc agere cogitur, quomodo placeat marito.
f Facilius minusq́; periculosum est uiris, sæpius pugnare hasta: quàm mulieribus facile, semel tantum párere.

a ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
πόσιν πρίασθαι, δεσπότην τε σώματος
λαβεῖν. κακοῦ γὰρ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακόν.
κἀν τῷδ' ἀγὼν μέγιστος, ἢ κακὸν λαβεῖν,
ἢ χρηστόν. b οὐ γὰρ εὐκλεεῖς ἀπαλλαγαὶ
γυναιξὶν, οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν.
c ἐς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην
δεῖ μάντιν εἶναι, μὴ μαθοῦσαν οἴκοθεν,
ὅτῳ μάλιστα χρήσεται ξυνευνέτῃ.
d κἂν μὲν τάδ' ἡμῖν ἐκπονουμέναισιν εὖ
πόσις ξυνοικῇ, μὴ βίᾳ φέρων ζυγὸν,
ζηλωτὸς αἰών· εἰ δὲ μὴ, θανεῖν χρεών.
e ἀνὴρ δ' ὅταν τοῖς ἔνδον ἄχθηται ξυνὼν,
ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίας χόλον,
ἢ πρὸς φίλων τιν' ἢ πρὸς ἥλικα τραπείς.
ἡμῖν δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.
f λέγουσι δ' ἡμᾶς ὡς ἀκίνδυνον βίον
ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μάρνανται δορί·
κακῶς φρονοῦντες. ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

14 Mulier meticulosa natura, ad bellandum inepta est.
g Muliere affecta iniuria à uiro, fidem coniugalem non seruante, nihil est truculentius.

14

Γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα,
κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν, καὶ σίδηρον εἰσορᾶν.
g ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ,
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.

15 Gloria, opinio & fama sapientiæ, sæpe nocuit hominibus.
h Nemo studeat in quacunque re excellens fieri: plurima enim sibi sic comparabit mala.
i Excellentes in quacunque arte inuidiæ expositi sunt, cùm apud uulgus, tum apud peritos & doctos.

k Medea quare odio habita ab hominibus.

15

Οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις Κρέον
ἔβλαψε δόξα, μεγάλα τ' εἴργασται κακά.
h χρὴ δ' οὔποθ', ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ,
παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.
i χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας,
φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.
σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ,
δόξεις ἀχρεῖος, κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.
τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον,
κρείσσων νομισθεὶς, ἐν πόλει λυπρὸς φανῇ.
k ἐγὼ δὲ καὐτὴ τῆσδε κοινωνῶ τύχης.
σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μὲν εἰμ' ἐπίφθονος,

Quas primùm quidem oportet diuitiarum excellentijs
Maritum emere, & dominum corporis
Accipere. malo enim hoc adhuc tristius malum:
Et hac in re periculum futurum est, aut malum adipisci,
Aut bonum. Non enim honesta diuortia
Mulieribus, neq; licet repudiare maritum.
Ad nouos uerò mores & leges eam quæ peruenerit,
Oportet uatem esse, quæ non didicerit domi,
* Qua re maximè utatur marito.
Etsi quidem nobis satagentibus benè
Maritus cohabitauerit, non inuitus ferens iugum,
Beata uita: sin secus, moriendum est.
Vir uerò quando molestiam concepit, conuersans cum do
Foràs progressus molestiã animi sedat, (mesticis,
Aut ad quendam amicorum, aut ad æqualem se cõferens.
Nobis uerò necesse est ad unam animam respicere.
Dicunt uerò, nos quòd non periculosam uitam
Viuamus domi, ipsi uerò pugnent hasta:
Malè sentientes. Quòd ter utiq; apud scutum
Stare mallem, quàm parere semel.

* Id est, qua ratione commodissimè tractare possit maritũ.

14

Mulier enim aliàs quidem metus plena,
Ignaua autem ad pugnam, ferrumq; aspicere.
Quando uerò in matrimonio iniuria affecta fuerit,
Non est alia mens truculentior.

14 Eiusdem Medeæ, de ulciscendo Iasone cogitantis.

15

Non nunc me primùm, sed sæpè Creon
Læsit existimatio, magnaq; patrauit mala.
Oportet autem nequaquam, qui cordatus fuerit uir,
Liberos excellentes elocare ut perdiscant sapientiam.
Præter enim aliam ignauiam qua præditi sunt,
Inuidiam à ciuibus inueniunt hostilem.
Indoctis etenim noua proferens scita,
Videberis inutilis, & non sapiens esse.
Contrà ijs qui uidentur scire aliquid uarium,
Præstantior existimatus in ciuitate, molestus uideberis.
Ego uerò ipsa huius particeps sum fortunæ,
Sapiens enim cum sim, alijs sum inuidiæ obnoxia,

15 Eiusdem, ad Creontem regem Corinthiorum, à quo iubetur terra excedere, quòd sit sapiens & perita, & possit propterea inferre mala cùm sibi, tum suis.

τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,
τοῖς δ' οὐ προσάντης.

16

16 Iniuria affecti à potentioribus, patientia eam iniuriam uincant.

Καὶ γὰρ ἠδικημένοι
σιγησόμεσθα, κρεισσόνων νικώμενοι.

17

Λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ', ἀλλ' ἔσω φρενῶν
ὀρρωδία μοι, μή τι βουλεύσῃς κακόν.
τοσῷδε γ' ἧσσον ἢ πάρος πέποιθά σοι.

a Facilius cauetur apertus inimicus, quàm simulatus amicus.

a γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὕτως ἀνήρ,
ῥᾴων φυλάσσειν, ἢ σιωπηλὸς σοφός.

18

18 Amor uehemens, nisi fortunam beneuolam sortiatur, multorum malorum causa est.

Φεῦ φεῦ, βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα,
ὅπως ἂν οἶμαι καὶ παραστῶσιν τύχαι.

19

19 Multa peccat uerecũdia.

Αἰδούμενος δὲ πολλὰ δὴ διέφθορα.

20

20 Fictis & blandè amicis uerbis non credendum. Malus enim cum bonum se simulat, tunc est pessimus: ut in Publij Mimo dicitur.

Δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαι πότ' ἄν,
εἰ μή τι κερδαίνουσαν, ἢ τεχνωμένην;
οὐδ' ἂν προσεῖπον, οὐδ' ἂν ἡψάμην χεροῖν.

21

21 Mulieres ad bona ineptissimæ, ad mala sapientissimæ existunt.

Γυναῖκες ἐς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

22

22 Consilia dolosa euertit Dominus.

Ανω ποταμῶν ἱερῶν.
χωροῦσι παγαί.
καὶ δίκα, καὶ πάντα πάλιν στρέφεται
ἀνδράσι μὲν, δόλιαι βουλαί.

23

Οὐκέτι δυσκέλαδος
φάμα γυναῖκας ἕξει.
μοῦσαι δὲ παλαιγενέων
λήξουσιν ἀοιδᾶν

b Si mulieres possent scribere, inuenirent etiam quod contra uiros scriberent: quemadmodum ipsæ semper apud poetas malè audiunt.

τὰν ἐμὰν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν.
οὐ b γὰρ ἐν ἁμετέρᾳ γνώμᾳ λύρας
ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν
Φοῖβος, ἁγήτωρ μελέων. ἐπεὶ ἀν-
ταχήσαιν ὕμνον
ἀρσένων γέννᾳ,

μακρὸς

Alijs quieta, alijs porrò nescio cuius moris,
Alijs etiam aduena.

16

Etenim iniuria affecti
Tacebimus, tanquam à potentioribus uicti.

17

Dicis auditu mollia: sed intra animum
Metuo mihi, ne quod consultes malum.
Tanto minus quàm antea fidem habeo.
Mulier enim statim excandescens, sicq; simili modo uir,
Facilius cauetur, quàm taciturnus sapiens.

18

Heu heu, mortalibus amores quàm ingens malum.
Perinde existimo utique, ut sese exhibuerint fortunæ.

19

Sed per uerecundiam multa iam perperam egi.

20

Existimas enim me hunc blandis uerbis allocutam esse,
Nisi quid lucrarer, aut machinarer?
Non dignata essem alloquio, neq; attigissem manibus.

21

Mulieres ad bona quidem sumus ineptissimæ:
Malorum uerò omnium effectrices sapientissimæ.

22

Sursum fluminum sacrorum
Feruntur fontes:
Et iusticia, & omnia retrò uertuntur
Viris quidem, dolosa consilia.

23

Non amplius ignominiosa
Fama mulieres habebit.
Poemata uerò priscorum
Desinent poetarum
**Meam infamare perfidiam.*
Non enim pro nostra sententia lyræ
Præbuit diuinam poeticam
Phœbus, dux carminum. nam contrà
Cecinissent hymnum
Masculorum stirpi.

Longa

16 Eiusdem ad eundẽ, quòd uelit obliuisci iniuriarum, quibus afficitur ab Iasone, si modò terram Corinthiacam inhabitare liceat.

17 Creontis, respõdentis Medeæ, quòd amicæ eius orationi fides non habenda sit.

18 Medeæ, quærentis quòd origo malorum istorum omnium sit amor uehemens ille, propter quem relictis parentibus, fratribus & sororibus, secuta sit Iasonem.

19 Creontis, dantis Medeæ unum diem, quem rogauit ut maneat.

20 Medeæ ad Chorum, apud quẽ causam aperit, quare tam amicis uerbis Creontem, quãuis hostem, compellarit: ut falleret scilicet, & absolueret quod conabatur.

21 Medeæ, molientis exitium Iasoni, & nouæ nuptæ, regi quoque Creonti.

22 Chori, quòd Deus peruertat improba consilia improborum: & quòd felix impietas non sit diuturna, manente semper iusticia.

23 Chori uerba sunt, quòd mulieres in poetarum carminibus malè audiant, ob paucas improbas.

* Id est: Nunc, quia Iason uir magnus perfidè agit, deserens Medeã, suppeditabit poetis argumentum, contra uiros etiam aliquid scribendi: non semper uerò contrà miseras nos & innocentes mulieres.

μακρὸς δ' αἰὼν ἔχει
πολλὰ μὲν ἀμετόραν
ἀνδρῶν τε μοῖραν εἰπεῖν.

24

24 Nulla amplius uſpiam fides eſt.

Βέβακεν ὅρκων χάρις, οὐδέτ' αἰδὼς
ἑλλάδι τᾶ μεγάλα μίμνει,
αἰθερία δ' ἀνέπτα.

25

25 Vehemens ira, ingens malum.

Οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις,
τραχεῖαν ὀργὴν, ὡς ἀμήχανον κακόν.

26

26 Petulantis & effrenis linguæ pœna, exilium.

ἃ δ' εἰς τυράννους ἐστι σοι λελεγμένα,
πᾶν κέρδος ἡγοῦ, ζημιουμένη φυγῇ.

27

27 Exilium, quemadmodum etiam ſenectus, non uenit ſolum.

Πόλλ' ἐφέλκεται φυγὴ
κακὰ ξὺν αὐτῇ.

28

28 Non eſt indicium fortis animi, prodire audacter in conſpectum eorum, quos quis læſit ſine cauſa & culpa.

a Impudentia, maximum in uita uitium.

Οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν, οὐδ' εὐτολμία,
φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν,
a ἀλλ' ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
πασῶν ἀναίδεια.

29

29 Aurum bonum ne an malum ſit, ſciri poteſt: uir uerò quis & qualis ſit, ignoratur.

Ω Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ἦ,
τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ,
ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι,
οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

30

30 Amicorum & fratrum ira inter ſe ſolet eſſe grauiſsima & uehementiſsima.

Δεινή τις ὀργὴ καὶ δυσίατος πέλει,
ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ' ἔριν.

31

31 Mulieribus non ad omnia reſpondendum, ne ipſorũ garrulitas magis iritetur.

Δεῖ μ' ὡς ἔοικε μὴ κακὸν φῦναι λέγειν,
ἀλλ' ὥς τε νηὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον,
ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν
τὴν σὴν στόμαργον, ὦ γύναι, γλωσσαλγίαν.

32

32 Locus ſæpè conciliat alicui authoritatem & eruditionem.

b Fortuna beneuola, deniq; quæcunque corporis bona, celebritati poſtponenda ſunt.

Εἰ δὲ γῆς ἐπ' ἐσχάτοις
ὅροισιν ᾤκεις, οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν.
εἴη b δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις,

μήτ'

Longa uerò ætas posset
Multis quidem nostram
Virorumq; partem dicere.

24

Perijt iuramentorum gratia: non amplius pudor
Græciæ magnæ manet:
In ætherem uerò subuolauit.

24 Eiusdē, de Medea deserta à perfido & proditore Iasone.

25

Non nunc uidi primùm, sed sæpius,
Asperam iram, tanquam immedicabile malum.

25 Iasonis, ad Medeam, quòd sua culpa obloquens Creonti, expellatur è terra.

26

Sed quæ in principes tibi dicta sunt,
Omne lucrum existimato, mulctata exilio.

26 Eiusdē, ad eandē: quòd maledicēs regi, exitio mulctetur.

27

Multa ducit exilium
Mala unà secum.

27 Eiusdem, ad eandē, quòd uenerit eam uisurus, antequā abiret in exilium.

28

Nequaquam fortitudo hoc est, neq; audacia,
Amicis qui malefecerit, in conspectum uenire:
Sed impudentia, maximū eorum, quæ sunt inter homines
Vitiorum omnium.

28 Medeæ, respondentis Iasoni, & malè interpretantis illud officium se uisendi.

29

O' Iupiter, quid'nam de auro, quod'nam adulterinum sit,
Indicia hominibus præbuisti manifesta:
Virorum autē, quo conueniat malum exploratū habere,
Nullus character insitus est corpori.

29 Medeę, expostulantis grauiter cum Iasone, quòd datam fidem perfidissimè fallat, & malè gratus pro tot suis beneficijs, pro tam fido & constante amore appareat.

30

Grauis quædam ira & immedicabilis existit,
Quando amici cum amicis congressi fuerint cōtentione.

30 Chori, de Medea & Iasone.

31

Oportet me, ut apparet, non malum esse dicendo:
Verùm ueluti nauis prudentem gubernatorem,
Summis fimbrijs ueli effugere
Tuam petulantem, ô mulier, garrulitatem.

31 Iasonis, respondentis Medeæ: & extenuātis, uel negantis etiam eius beneficia.

32

Si uerò in extremis terræ
Terminis habitares, non esset respectus tui.
Fuerit uerò mihi neq; aurum domi,

32 Iasonis, ad Medeā: Si quid mihi boni fecisti, rependi tibi gratiam: ex barbara terra te in Græciam ducens, ubi sapiens habita es.

μήτ' ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,
εἰ μὴ 'πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι.

33

33 Pauperum nemo amicus est.

Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος.

34

34 Vxores quiduis potius suf ferunt, tantum ne ipsis uiolentur lectus coniugalis.

a Muliebre genus causa omnium malorum.

Ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἥκεθ', ὥστ' ὀρθουμένης
εὐνῆς, γυναῖκες, πάντ' ἔχειν νομίζετε.
ἢν δ' αὖ γένηται ξυμφορά τις εἰς λέχος,
τὰ λῷστα καὶ κάλλιστα πολεμιώτατα
a τίθεσθε. χρῆν γὰρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς
παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος·
οὕτω δ' ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν.

35

35 Veritatis simplex oratio: qui uero suam causam multis uerbis ornat, ille plerunque uitiosum argumentum habet, cũ ad bonam causam tria uerba sufficiant.

Ἡ πολλὰ πολλοῖς εἰμὶ διάφορος βροτῶν.
ἐμοὶ γὰρ, ὅστις ἄδικος ὢν, σοφὸς λέγειν
πέφυκε, πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει.
γλώσσῃ γὰρ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν,
τολμᾷ πανουργεῖν· ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός.

36

36 Mediocris fortuna longè lateq; præferenda uitæ opulẽtæ, crucianti animum.

Μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος,
μηδ' ὄλβος, ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.

37

37 Improbi uiri dona nõ sunt dona, ut in Sophocle dicit Aiax Telamonius: τῶν ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα δῶρα.

Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

38

38 Nihil est dulcius, nihilq; gratius nuptijs iustis & legitimis, in quibus coniuges rectè & concorditer uiuunt.

Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
ἐλθόντες, οὐκ εὐδοξίαν
οὔτ' ἀρετὰν παρέδωκαν
ἀνδράσιν. εἰ δ' ἅλις ἔλθοι
Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς
εὔχαρις οὕτω.

39

39 Modestia, deorum donum pulcherrimum.

Στέργει δέ με σωφροσύνα,
δώρημα κάλλιστον θεῶν.

40

40 Patria priuari, summa calamitas.

Μόχθων
δ' οὐκ ἄλλος ὕπερθεν,
ἢ γᾶς πατρίας στέρεσθαι.

Neq; Orpheo pulchrius cantare carmen,
Nisi clara fortuna contingat mihi.

33

Pauperem fugit quilibet eminus amicus.

34

Verùm eò uenistis, ut saluo
Cubili, mulieres, omnia habere putetis.
Si contrà acciderit calamitas quædam in connubium,
Quæ optima & pulcherrima, inimicissima
Existimetis. Oportebit enim aliunde fortè homines
Sobolem párere, fœmininum autem non esse genus:
Sic uerò non esset ullum hominibus malum.

35

Profectò multum à plerisque dissentio hominum.
Mihi enim, quicunq; improbus existens, peritus dicendi
Est, multam mulctam debet.
Lingua enim affectans ea quæ iniusta sunt probè obtegere,
Audet fraude agere: est uerò non ualdè sapiens.

36

Ne mihi contingat molestiam habens locuples uita:
Neque diuitiæ, quæ meum discrucient animum.

37

Improbi enim uiri dona profectum non habent.

38

Amores quidem supra nimium
Venientes, non bonam gloriam,
Neque uirtutem tradiderunt
Viris. quòd si quod satis sit uenerit
Venus, non alia dea
Gratiosa adeò.

39

Nam mihi placet modestia,
Donum pulcherrimum Deorum.

40

Laborum
Etenim non alius maior,
Quàm terra patria priuari.

33 Eiusdem ad eandem: Ideo duxi uxorem filiam regis Creontis, ut amicos & authoritatem maiorem tibi & mihi compararem.

34 Eiusdem ad eandem: doles tibi superinductam aliam, lectus te uellicat.

35 Medeæ de Iasone, ornante desertionem suam, ficta & falsa oratione.

36 Medeæ, respondentis Iasoni, indicanti causam quare ducat filiam Creontis.

37 Medeæ ad Iasonem, uolētem suppeditare uiaticum ipsi & liberis, ad exilium.

38 Chori, approbantis iustas & legitimas nuptias.

39 Eiusdem ad Venerem, ut perpetuò sibi temperet à desiderio, seu amore illicito.

40 Eiusdem, quòd res sit miserrima uiuere extra patriam: quòd alibi aliquis infortunatus, neminem habeat à quo iuuetur. idq; probat exemplo Medeæ.

41 Ingratitudo, simul etiam simulata amicitia, exosa ueteribus.

42 Salue, proœmium pulcherrimum alloquendi amicos.

43 Apollinis oracula obscuriora fuerunt, quàm ut ab homine intelligi possent. Extat de ea re liber unus Theodoreti. dicuntur quoque de eodem argumento multa ab Eusebio, de præparatione Euangelica.

44 Irrideri & ignominia asci sine causa, malorum est intolerabilissimum.

45 Ethnicorum in malis & aduersis impatientia.

46 Mali odio habendi, boni uerò amandi.

47 Mulieres, genus iritabile.

† Etiamsi mulieres malæ & iritabiles sunt, non tamen uiros decet earum exemplum imitari, ipsisq; similes fieri.

48 Mulieres indignissimè ferunt pellices.

49 Mulierum est lachrymare, quemadmodum in Mimo dicitur: Dediscere flere fœminam, est mendacium.

50 Mulier maritum diligens, ipsius commodis & uoluntati solet postponere omnia.

a Munera crede mihi placãt hominesq; deosque, Placatur donis Iuppiter ipse datis.

b Aurum potest, superat & expugnat omnia.

51 Liberi charissimi sunt: ideo parẽtes pro ipsorum salute nihil non sustinere parati sunt.

41

Ἀχάριστος ὄλοιθ᾽, ὅτῳ παρέσαι
μὴ φίλους τιμᾶν, καθαρὰν ἀνοίξαν-
τι κλῇδα φρενῶν·
κἀμοὶ φίλος οὔποτ᾽ ἔσται.

42

Μήδεια χαῖρε· τοῦδε γὰρ προοίμιον
κάλλιον οὐδεὶς οἶδε προσφωνεῖν φίλοις.

43

Σοφώτερ᾽, ἢ κατ᾽ ἄνδρα συμβαλεῖν, ἔπη.

44

Οὐ γὰρ γελᾶσθαι τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλαι.

45

Ιτω. τί μοι ζῆν κέρδος; οὔτ᾽ ἐμοὶ πατρίς,
οὔτ᾽ οἶκός ἐστιν, οὔτ᾽ ἀποστροφὴ κακῶν.

46

Μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω,
μηδ᾽ ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου,
βαρεῖαν ἐχθροῖς, καὶ φίλοισιν εὐμενῆ.
τῶν γὰρ τοιούτων, εὐκλεέστατος βίος.

47

Ἀλλ᾽ ἐσμὲν οἷον ἐσμέν, οὐκ ἐρῶ κακόν,
γυναῖκες. οὔκουν † χρῆν σ᾽ ὁμοιοῦσθαι κακοῖς,
οὐδ᾽ ἀντιτείνειν νήπι᾽ ἀντὶ νηπίων.

48

Αἰνῶ γύναι τάδ᾽, οὐδ᾽ ἐκεῖνα μέμφομαι.
εἰκὸς γάρ, ὀργὰς θῆλυ ποιεῖσθαι γένος,
γάμους παρεμπολῶντί γ᾽ ἀλλοίους πόσει.

49

Γυνὴ δέ, θῆλυ, κἀπὶ δακρύοις ἔφυ.

50

Εἴπερ γὰρ ἡμᾶς ἀξιοῖ λόγου τινὸς
γυνή, προθήσει χρημάτων σάφ᾽ οἶδ᾽ ἐγώ.
a μή μοι σύ. πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς, λόγος.
b χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων, βροτοῖς.

51

Τῶν δ᾽ ἐμῶν παίδων φυγὰς
ψυχῆς ἂν ἀλλαξαίμεθ᾽, οὐ χρυσοῦ μόνον.

41

Quicunq; ingratus est, pereat: cui adest
Non amicos colere, sincerum aperienti
Scrinium mentis:
Et mihi amicus nunquam fuerit.

41 Eiusdem: quo imprecari uidetur mala Iasoni, deserenti Medeam.

42

Salue, Medea: illo enim procemium
Pulchrius nullus nouit, ad alloquendum amicos.

42 Aegei, Pandionis, regis Atheniensium, filij, ad Medeã.

43

Prudentiores, quàm à uiro intelligi queant, uersus.

43 Aegei ad Medeam, de oraculis Apollinis, quòd obscura sint.

44

Non enim irrideri tolerabile est ex hostibus, ô charæ.

44 Medeæ ad Chorum, quòd uelit ueneno perdere spõsam, & omnes qui attingerint sponsam: & deinde trucidatis liberis, excedere terra, ut ita grauiter ulciscatur hostes.

45

Eat. quid mihi uiuere utile? neq; mihi patria,
Neq; domus est, neq; declinatio malorum.

45 Eiusdẽ ad eundem, quòd ne uiuere quidem cupiat, miserè affecta.

46

Nemo me ignauam & imbecillem existimet,
Neq; tranquillam, sed alterius modi:
Maleuolam inimicis, & amicis beneuolam.
Horum etenim gloriosissima est uita.

46 Eiusdem ad eundẽ, quòd inimica & hostis sit malis.

47

Sed sumus, ut sumus, non dicam malum,
Mulieres. non oportet te similem fieri malis,
Neq; obtendere stulta stultis.

47 Medeæ ad Iasonem, simulata & ficta oratio, qua fatetur se peccasse, quòd improbaret nuptias cum filia Creontis, & deprecatur culpam.

48

Approbo mulier hæc, neq; priora incuso:
Moris enim est, irasci fœmineum genus,
Nuptias aliunde ementi alienas marito.

48 Iasonis, accipientis excusationem Medeæ.

49

Mulier uerò, fœmina, ad lachrymas nata est.

49 Medeæ, lachrymantis coram Iasone. Et ea omnia faciunt ad tegenda ea, quæ conabatur tacitè Medea.

50

Si enim nos in precio aliquo habet
Mulier, præferet opibus, manifestè scio ego.
Ne mihi tu. Persuadere munera etiam deos, dicteriũ est:
Aurum uerò potius est mille dictis, hominibus.

50 Iasonis ad Medeam, ne mittat uestes preciosas dono nouæ nuptæ, cum aliàs omnia abundè habeat, & ultrò etiam sit impetratura apud Creontẽ, ut liberis Corinthi manere liceat.

51

Meorum autem filiorum exilium
Vita utiq; permutarem, non auro tantum.

51 Eiusdem, ad eundem.

52

52 Opulenta & diues nouerca, carnifex est liberorum, ex priore uxore natorum.

Κηδεμὼν τυράννων,
παισὶν οὐ κατειδὼς
ὀλέθριον βιοτὰν προσάγεις.

53

53 Aduersa hominib. patienter ferenda.

Κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς.

54

54 Omnibus moriendum.

Πάντως σφ' ἀνάγκη κατθανεῖν.

55

55 Liberi chara pignora.

Ὦ γλυκεῖα προσβολή,
ὦ μαλθακὸς χρώς, πνεῦμά θ' ἥδιστον τέκνων.

56

56 Affectus nō obtemperantes rationi, malorū in uita multorum causa sunt.

Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,
ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς.

57

Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων
μύθων ἔμολον, καὶ πρὸς ἁμίλλας
ἦλθον μείζους, ἢ χρὴ γενεὰν
θῆλυν ἐρευνᾶν. ἀλλὰ [a] γάρ ἐστι
μοῦσα καὶ ἡμῖν, ἣ προσομιλεῖ
σοφίας ἕνεκεν. πάσαισι μὲν οὔ·
παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν
εὕροις ἂν ἴσως,
κοὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν.
καὶ [b] φημί, βροτῶν οἵτινες εἰσὶ
πάμπαν ἄπειροι, μηδ' ἐφύτευσαν
παῖδας, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν
τῶν γειναμένων.
οἱ μέν τ' ἄτεκνοι, δι' ἀπειροσύναν,
εἴθ' ἡδὺ βροτοῖς, εἴτ' ἀνιαρὸν
παῖδες τελέθουσ', οὐχὶ τυχόντες
πολλῶν μόχθων ἀπέχονται.
οἷσι δὲ τέκνων ἔστιν ἐν οἴκοις
γλυκερὸν βλάστημ', ἐσορῶ μελέτῃ
κατατρυχομένους τὸν ἅπαντα χρόνον·
πρῶτον μὲν ὅπως θρέψωσι καλῶς,
βίοτον θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις.
ἔτι δ' ἐκ τούτων, εἴτ' ἐπὶ φλαύροις,

a Etiam in mulierum genere inuenias aliquas sapiētissimas, quemadmodum scimus uetustatem recensere aliquot doctas fœminas, quę etiam scholas aperuere, & ingenij sui monumenta posteris miranda reliquere.

b Liberis carentes homines, tranquillissimè sine cura, sine dolore uitam exigunt.

εἴτ'

52
Affinitatem contrahens cum tyrannis,
Liberis imprudens
Perniciosam uitam adducis.

52 Chori, de Iasone, quòd Creontis filiam ducens, malè consulat liberis.

53
Leuiter ferre oportet, mortalē existentem, calamitates.

53 Pædagogi, ad Medeam.

54
Omnino ipsos necessitas est mori.

54 Medeæ, de suis liberis, quòd omnibus sit moriēdum.

55
O' dulcis applicatio,
O' tenerum corpus, anhelitusq; suauissimus liberorum.

55 Medeæ, disputantis secū, an debeat interficere liberos.

56
Furor uerò superior est meis consilijs,
Qui sanè maximorum autor est malorum hominibus.

56 Medeæ, iamiam interfecturæ liberos.

57
Sæpenumerò iam per subtiliores
Sermones iui, & ad contentiones
Veni maiores, quàm conueniat genus
Fœmineum perscrutari. At enim est
Musa & nobis, quæ nobiscum uersatur
Propter sapientiam: omnibus quidem non.
Paucum sanè genus inter multas
Inuenires forsan,
Et non indoctum mulierum.
Et dico mortalium qui sunt
Omnino expertes, neque plantarunt
Liberos, præstare fœlicitate
His qui genuerunt.
Etenim orbi liberis, propter inexperientiam,
Siue dulce mortalibus, siue triste
Liberi sunt, non assequentes,
Multis laboribus carent.
Quibus uerò liberorum est domi
Dulcis propago, aspicio solicitudine
Fatigari omni tempore:
Primùm quidem ut educent honestè,
Facultatemq; uiuendi alicundè relinquant liberis:
Præterea ex istis, siue pro improbis

57 Chori, prædicantis felices illos qui nunquam habuerunt liberos: cum uideret sollicitā de liberis suis Medeam, nefaria consilia moliri animo de ijs necandis, ut hostibus suis ægrius faceret.

Siue

εἶτ' ἐπὶ χρυσοῖς μοχθοῦσι, τόδ' οὐκ ἔστιν ἄδηλον.
γνῶ δὲ τὸ πάντων λοίσθιον ἤδη
πᾶσιν κατ' ὀρθῶν θνητοῖσι κακόν·
καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτον εὗρον,
σώματά τ' εἰς ἥβην ἦλθε τέκνων,
πῶς οὖν λύει πρὸς τοῖς ἄλλοις,
τὴν δ' ἔτι λύπην ἀνιαροτάτην
παίδων οὕνεκεν
θνητοῖσι θεοὺς ἐπιβάλλειν.

58

Ὀλωλεν ἡ τύραννος ἀρτίως κόρη,
Κρέων θ' ὁ φύσας, φαρμάκων τῶν σῶν ὕπο.
Μη. a κάλλιστον εἶπας μῦθον· ἐν δ' εὐεργέταις
τὸ λοιπὸν ἤδη, καὶ φίλοις ἐμοῖς ἔσῃ.

a Inimicum ulcisci, uitam accipere est alteram. gaudent enim homines inimicorum suorum infortunijs.

59

59 Gaudent homines hostiũ suorum infortunijs.

Λέξον δέ, πῶς ὤλοντο; δὶς τόσον γὰρ ἂν
τέρψειας ἡμᾶς, εἰ τεθνᾶσι παγκάκως.

60

60 Quæ marito placent, ea etiam uxori placeant.

Φίλους νομίζουσ', οὕσπερ ἂν πόσις σέθεν.

61

61 Res mortaliũ umbra sunt.
b Qui sapientes sibi in uita uidentur, stulti sunt.

τὰ θνητὰ δ' οὐ νῦν πρῶτον ἡγοῦμαι σκιάν,
οὐδ' ἂν b τρέσας εἴποιμι τοὺς σοφοὺς βροτῶν
δοκοῦντας εἶναι, καὶ μεριμνητὰς λόγων,
τούτους μεγίστην μωρίαν ὀφλισκάνειν.
c θνητῶν γὰρ οὐδείς ἐστιν εὐδαίμων ἀνήρ.
ὄλβου δ' ἐπιρρυέντος, εὐτυχέστερος
ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος, εὐδαίμων δ' ἂν οὔ.

c Nemo, quamuis alijs opibus abundet, felix tunc, beatus tamen prædicandus est ante obitum: quemadmodum sapienter etiam apud Herodotum Crœso Solon cócionatur.

62

62 Homo, Dei imago (ut in uersu Manilij dicitur: Exemplumq; Dei quisq; est in imagine parua) non temerè occidẽdus.

Θεῶν
δ' αἷμα πιτνεῖν, φόβος ὑπ' ἀνδρῶν.

63

63 Parricidia grauis ira Dei sunt.

* Præteritum medium ab εἴδω.

Χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ὁμογενῆ μιάσματ'
ἐπὶ γαῖαν, αὐτοφόνταισι * ξυνῳ-
δὰ, θεόθεν πίτνοντ' ἐπὶ δόμοις ἄχη.

64

64 Nuptię malè constitutæ, multorũ malorum causa sunt.

Ω γυναικῶν λέχος πολύπονον,
ὅσα δὴ βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά;

65 Ω μῖσος,

Siue pro probis liberis laborent, hoc est incertum.
Vnum hoc omnium ultimum iam
Omnibus edico mortalibus malum:
Iam etenim satis facultatis nacti sunt,
Corporaq; ad pubertatem peruenerunt liberorum,
Quomodo igitur moriantur, ad cæteras calamitates,
Hanc etiam tristitiam tristißimam
Propter liberos
Mortalibus Deos addere?

58

Perijt regia modò puella,
Et Creon, qui genuit, per ueneficia tua.
Med. Optimum dixisti sermonem: inter benefactores
In posterum iam, & amicos meos eris.

58 Nuncij, nūciantis Medeę, perijsse Creontis filiam, nouā nuptam, unà cum patre, interfectos ueneficijs Medeæ.

59

Dic uerò, quomodo perierunt? duplo enim tantum
Oblectabis nos, si mortui sunt miserrimè.

59 Medeæ, ad nuncium, ut exponat, quomodo perierint Creon cum filia.

60

Amicos existimans, quos quidem maritus tuus.

60 Iasonis ad Glaucen filiā Creontis, ægrè ferentem ingressum liberorum Medeæ & Iasonis.

61

Res uerò mortales non nunc primùm existimo umbram:
Neque metuens dicerem, sapientes mortalium
Qui existimantur esse, & perquisitores sermonum,
Istos maximæ stultitiæ reos esse.
Mortalium enim nemo est beatus uir.
Sed diuitijs affluentibus, fœlicior
Alio fiet utiq; alius, beatus uerò non.

61 Nuncij ad Medeam, cùm exposuisset lōga oratione, quo modo miserrimè perijssent subitò Creon cum filia, confecti uenenis Medeæ, qui paulò antè fuissent florentissimi, & superbissimi etiam.

62

Deorum
Verò sanguinem cadere, religio est à uiris.

62 Chori, improbantis facinus crudele Medeæ, interficientis odio mariti liberos.

63

Graues enim mortalibus consanguineæ cædes
Suprà terram, ijs qui propria manu cædem patrant, noui,
Ex immißione deorum incidentes in domus dolores.

63 Eiusdem, de eadem necāte liberos.

64

O' mulierum laboriosum matrimonium,
Quanta iam mortalibus attulisti mala?

64 Eiusdem, quòd nuptiæ malè constitutæ sint causa multorum malorum hominibus.

65 De matre scelesta & impia, cuius facinus Sol & Luna detestantur: quemadmodum est apud Ouidium de concubitu Cynaræ regis Cypriorum opulétissimi, cum filia Myrrha, matre Adonidis.

65

Ὦ μῖσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι
θεοῖς τε κἀμοί, παντί τ' ἀνθρώπων γένει,
ἥτις τέκνοισι σοῖσιν ἐμβαλεῖν ξίφος
ἔτλης τεκοῦσα, κἀμ' ἄπαιδ' ἀπώλεσας.
καὶ ταῦτα δράσασ', ἥλιόν τε προσβλέπεις,
καὶ γαῖαν, ἔργον τλᾶσα δυσεβέστατον.
ὄλοιο.

66 Magna calamitas est mulieri honestæ & prudenti, deseri à marito.

66

Σμικρὸν γυναικὶ πῆμα τοῦτ' εἶναι δοκεῖς;
ἥτις γε σώφρων. σοὶ δὲ πάντ' ἐστὶ κακά.

67 Mali, quemadmodum merentur, malè pereunt.

67

Σὺ δ', ὥσπερ εἰκός, κατθανῇ κακὸς κακῶς.

68 Deus peccatores & periuros non exaudit.

68

Τίς δὲ κλύει σου θεός, ἢ δαίμων,
τοῦ ψευδόρκου, καὶ ξειναπάτου;

69 Multa præter spem conficiunt Dij.

69

Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν ὀλύμπῳ.
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
τοιόνδ' ἀπέβη τόγε πρᾶγμα.

Τέλος.

65
O'odium, ô inuisissima mulier
Dijsq́; & mihi, omniq́; hominum generi.
Quæ liberis tuis inijcere gladium
Sustinuisti, parens existens, & me orbū filijs perdidisti.
Et hæc peragens, solemq́; aspicis,
Et terram, facinus ausa impijssimum.
Pereas.

65 Iasonis ad Medeam, postquam interfecisset ueneno Creontem cum filia, gladio uerò necasset liberos.

66
Paruam mulieri cladem hoc esse existimas?
Quæ modò pudica sit. tibi omnia sunt mala.

66 Medeæ ad Iasonem, obiectantem ipsi quòd liberos propter nouum coniugium cum filia Creontis occiderit.

67
Tu uerò, ut æquum est, peribis malus malè.

67 Medeæ, minitantis ipsi Iasoni desertori & proditori, pœnam diuinitùs.

68
Ecquis audit te Deus, aut dæmon,
Te periurum, & deceptorem?

68 Medeæ, Iasoni, imprecanti ipsi mala.

69
Multarum rerum dispensator Iupiter in Olympo.
Multa porrò insperatò perficiunt Dij:
Et quæ in expectatione erant, non perfecta sunt.
Et eorum quæ insperata erant, inuenit exitum Deus.
Talem quoq; euentum sortita est hæc fabula.

69 Chori uerba sunt, & cōmunis appendix aliquot tragœdiarum Euripidis, in qua summa fabulæ quasi continetur.

FINIS.

ARGVMENTVM TRAGOEDIAE

Euripidis, quæ inſcribitur Hippolytus.

Hippolytus filius Hippolytæ.

Phædra filia Minois regis Cretenſis.

THeſeus filius erat Aethræ & Neptuni, rex Athenienſiũ. is ducta Amazonũ una Hippolyte, Hippolytũ genuit, pulchritudine, modeſtia & caſtitate excellentem. Poſtquam autem ea uxor obijſſet, duxit iterum Phædram, Minois regis Cretenſis & Paſiphaes filiam. Deinde Theſeus cum interfeciſſet Pallantem conſanguineũ, unà cum uxore fugit in Trœzenem, Peloponneſi oppidũ, ubi Hippolytus filius à Pytheo auo materno Theſei, uiro pio & ſapiente, alebatur, & ad uirtutem & probitatem in honeſtis morib. inſtituebatur.

Pytheus auus maternus Theſei, uir ſapientiſſimus, Plutarchi etiam teſtimonio, inſtituit Hippolytum.

Venus odit Hippolytum, quòd caſtè uiueret.

Eum cum uidiſſet Phędra nouerca, aliàs non impia, ſed caſta & pudica, amare cœpit, incitante eam Venere, quæ Hippolytum ulciſci uolebat: quòd ipſe caſtus, ſine coniugio uiuens, honeſtis exercitijs & uenationi deditus, ſe ſpreta, Dianam ſolam uenatricem ſtudioſe coleret. Phædra ergo, cum eius amore tota exarſiſſet, morbum ſuum uix tandem nutrici concredidit. Ea amorem cum non improbaſſet, quamuis inceſtum, ſed excuſaſſet etiam, promiſit ei in ea re auxilium ſuum: & amorem Hippolyto, Phædra inſcia, reuelauit.

Nutrix reuelat Hippolyto amorem Phædræ nouercæ.

Phædra ſuſpendit ſe de trabe, cum non redamaretur ab Hippolyto: & accuſat in tabula Hippolytum tentatæ pudicitiæ.

Eum cum Phædra impatientius ferentem animaduerteret petitionem minimè honeſtam, aut licitam etiam, cum prius cum nutrice acriter expoſtulaſſet, laqueo ſe de trabe ſuſpendit, abſente peregrè Theſeo marito. Is uerò mox reuerſus, & miſerrimè affectus propter ſtrangulatam uxorem, cum pendẽtem adhuc ſolueret, inuenit tabulam unà ſuſpenſam & obſignatam, in qua Phædra Hippolyti inſidias pudicitiæ ſuæ ſtructas accuſabat. Id autem ideo finxerat, ut honeſtam cauſam necis habuiſſe uideretur: & ut hoc pacto ulciſceretur Hippolytum, qui amori ipſius gratificari noluerat: Venus quoque, quod pridem contra Hippolytum conata fuerat, abſolueret.

Theſeus Hippolytum diris deuouet, quæ & ratæ fuerunt.

Hippolytus laceratur ab equis.

Diana aperit Theſeo innocentiã Hippolyti, et iubet ipſum coli feſto annuo.

Fidem ergo Theſeus ſcriptis contra Hippolytum innocentem confictis cum haberet, iubet eũ quamprimùm exulem, poſt multas grauiſsimas accuſationes patria terra è conſpectu ſuo diſcedere, cum eum diris & execrationibus deuouiſſet, ac patrem Neptunum rogaſſet ut Hippolytum malè perderet. Eius preces exaudiuit Neptunus, & immiſſo terrore equis à quibus in curru uehebatur, cum per loca deuia ſtipites & ſaxa amentes & cæci currum raperent, Hippolytum ſaxis alliſum, uulnerato & lacerato ipſius fœdè corpore, miſerè perdiderunt. Diana uerò, quę ab Hippolyto fideliter culta fuerat

accedens,

accedens, enarrat facta singula, hoc est, ueritatem Theseo: ipsumque consolatur, & excusat, cum ignarus damnasset Hippolytum, delatum à Phædra sine causa: & Hippolyto festum iubet institui annuum, in perpetuam innocentiæ & castitatis eius memoriam.

PERSONAE *Fabulæ.*

Venus, irata Hippolyto, quòd deditus uenationi, castitatem amaret, se neglecta.

Phædra, uxor Thesei regis Atheniensium, nouerca Hippolyti.

Hippolytus, adolescẽs formosus, modestus & castus, filius Thesei ex prima uxore Hippolyte, adamatus à Phædra nouerca.

Theseus rex Atheniensiũ, pater Hippolyti, maritus Phædræ.

Chorus, ex Trœzenijs mulieribus.

Nuncius, qui nunciat quomodo perierit exul Hippolytus, impulsus in curru ab equis ad saxa & stipites.

Famula, quæ hortatur primò Hippolytum, ne negligat deam Venerem, nec eam offendat magnam & potentem, sed colat quemadmodum Dianam. Deinde etiam nunciat eadẽ, strangulatam laqueo Phædram.

Nutrix Phædræ.

Diana, ultimò sub finem fabulæ accedens, iubens sepeliri Hippolytum, &c. quemadmodum in argumento dictum est.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩ-
ΔΙΑΣ Ἣ ΚΑΛΕΙΤΑΙ
ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

1 Venus dominatur omnibus.

a Qui sibi nimium sapere uidentur, plerunque stulti fiunt in amore.

b Dij ab hominibus coli uolunt.

2 Nec gloria, nec opes liberant à morte.

3 Dummodo suos inimicos ulciscantur homines, nihil curant, etiamsi id fiat cum damno innocentum.

c Superbia, qua offenduntur plerique hominum, fugienda.

d Omnis superbus molestus & grauis est mortalibus.

e Humana & amica compellatio & salutatio maximam habet gratiam, & lucrũ magnum sine labore partum.

5 Quot homines, tot sententiæ: & suus cuiq; mos est, ut est apud Terentium. Eandem sententiã idem author Euripides in Phœnissis suprà latius extulit.

f Sapienter & prudenter agens, bene habere solet.

g Venus, quæ noctu colitur, improbata.

h Deorum dona non aspernanda.

i Dulce est frui ocio post labores: ut dicitur, Iucundi acti labores.

k Equi, quorum usus est in exercitijs, laboribus, agris colendis, & uenatione, non negligendi, sed pascendi, ut sint laboribus ferendis apti.

1



ΟΛΛῊ μὲν ἐν βροτοῖσι, κοὐκ ἀνώνυμος
θεὰ κέκλημαι Κύπρις, οὐρανοῦ τ' ἔσω,
ὅσοι τε πόντου, τερμόνων τ' ἀτλαντικῶν
ναίουσιν εἴσω, φῶς ὁρῶντες ἡλίου·
a τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ, πρεσβεύω κράτη.
σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.
b ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.

2

Ηδ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
φαίδρα.

3

Τὸ γὰρ κακὸν τὸ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακόν,
τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ
δίκην τοσαύτην, ὥστε μοι καλῶς ἔχειν.

4

Οἶσθ' οὖν βροτοῖσιν ὃς καθέστηκεν νόμος;
Ιπ. οὐκ οἶδα, τοῦ δὲ καί μ' ἀνιστορεῖς πέρι;
Θερ. c μισεῖν τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον.
Ιπ. d ὀρθῶς γε, τίς δ' οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν;
Θερ. ἐν δ' e εὐπροσηγόροισιν ἔστι τίς χάρις;
Ιπ. πλείστη γε, καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ.

5

Αλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει.
Θερ. f εὐδαιμονοίης, νοῦν ἔχων ὅσον σε δεῖ.
Ιπ. οὐδείς g μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν.
Θερ. τιμαῖσιν h ὦ παῖ δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.
Ιπ. χωρεῖτ' ὀπαδοὶ, καὶ παρελθόντες δόμους
σίτων μέλεσθε. i τερπνὸν ἐκ κυναγίας
τράπεζα πλήρης. k καὶ καταψήχειν χρεὼν
ἵππους, ὅπως ἂν ἅρμασι ζεύξας ὕπο,

EX TRAGOEDIA
QVAE VOCATVR
HIPPOLYTVS.

1


Eneranda quidem hominibus, & non sine nomine,
Dea uocor Venus, & intra cœlum,
Quicunque & pontum, finesq; Atlanticos
Habitant intra, lumen cernentes Solis:
Colentes quidem meas uires, honore afficio.
Punio uerò, quicunque sapiunt in nos magnùm.
Inest enim deorum generi hoc:
Honorari gaudent ab hominibus.

1 Veneris, de seipsa, suoq; imperio, quo premit omnes cùm Deos tum homines.

2

Illa uerò gloriosa: sed tamen peribit
Phædra.

2 Veneris, de Phædra uxore Thesei, amante Hippolytum.

3

Huius enim Phædræ non pluris faciam malum,
Eo quo minus dent mei inimici mihi
Pœnam, tantum ut mihi benè sit.

3 Eiusdem, de Phædra laqueo peritura: & quòd ipsam perire oporteat, ut hac ratione Venus ulciscatur hostem suũ Hippolytum.

4

Scis igitur quæ inter homines sit lex?
Hip. Haud noui: qua de re me interrogas?
Fa. Odisse fastum, & quod non omnibus gratum est.
Hip. Rectè. quis uerò nõ molestus, fastuosus mortalium?
Fa. In facili uerò appellatione est'ne aliqua gratia?
Hip. Maxima quidem, quin lucrum cum labore breui.

4 Famulæ ad Hippolytum, ne contemnat Venerem, cum fastuosos plerunque sequatur ruina.

5

Alijs alius deorumq; hominumq; curæ est.
Fa. Bene sit tibi, mentem habenti qualem oportet.
Hip. Nullus mihi placet noctè uenerandus deorum.
Fa. Honoribus ô fili deorum uti conuenit.
Hip. Abite assleclæ, & ingredientes domum
Cibum curate. Iucunda post uenationem
Mensa plena. Quin curare conuenit
Ea nos, ut sub curru iungens,

5 Hippolyti, respondentis famulæ, quos Deos colat, quib. quoq; studijs delectetur.

Βορᾶς κορεσθεὶς, γυμνάσω τὰ πρόσφορα.
τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

6

6 Iuuenum sapientia temeraria, præceps & audax, non semper probanda.

Τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον
φρονοῦντας.

7

7 Iuuenibus stultis, sed sibi sapientibus, ignoscendum.

Χρὴ δὲ συγγνώμην ἔχειν,
εἴ τις γ' ὑφ' ἥβης σπλάγχνον ἔντονον φέρων,
μάταια βάζει, μὴ δόκει τούτου κλύειν·
a Σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.

a Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

8

8 Fœminæ grauidæ solent laborare fastidio.

Φιλεῖ δὲ τᾷ δυστρόπῳ γυναικῶν
ἁρμονίᾳ κακὰ δύστανος
ἀμηχανίᾳ συνοικεῖν,
ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας.

9

9 Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit.

Οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν
φίλτερον ἡγῇ.

10

10 Facilius est ægrotare, quàm ægrotum curare & tractare.

Κρεῖσσον δὲ νοσεῖν, ἢ θεραπεύειν.
τὸ μὲν οὖν ἐστιν ἁπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει
λύπη τε φρενῶν, χερσίν τε πόνος.
b πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων,
κοὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις.
c ἀλλ' ὅ, τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο,
σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις;
δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες
τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γῆν
δι' ἀπειροσύνην ἄλλου βιότου,
κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας.
μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα.

b Tota hominum uita plena est miseria & dolore.

c Hanc uitã mortalem quamuis plenam malorum, tamen ideo amarunt Ethnici, quia de altera uita nihil certi exploratum habuere.

11

11 Morbi facilius feruntur cum patientia.

Ῥᾷον δὲ νόσον μεθ' ἡσυχίας,
καὶ γενναίου λήματος οἴσεις.
d μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη.

d Nemo hominum est, qui uiuat sine aliquo infortunio.

12

12 Resipiscere & reuocare errores, cruciat quidem animũ: satius tamen est Deo gloriam dare, sibiq; consulere, quàm furore quodam perpetuò in errore permanere.

Τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι, γνώμαν ὀδυνᾷ.
τὸ δὲ μαινόμενον, κακόν. ἀλλὰ κρατεῖ,

μὴ

Cibo satur, exerceam utilia.
Tuam uerò Venerem longè ego ualere iubeo (ô famula).

6

Iuuenes non sunt imitandi,
Sapientes.

6 Famulæ ad Venerem: Ego serua colam te ueneranda Venus: & sinam sapere interim, ut uult, meum dominum, adolescentem adhuc, ergo & stultum, Hippolytum.

7

Conuenit uerò ueniam dare,
Si quis præ iuuenta, rigida uiscera portans,
Stulta dixerit. dissimula hoc audire, (ô Venus).
Sapientiores enim hominibus conuenit esse Deos.

7 Eiusdem ad Venerem, ut ignoscat stultis sermonib. Hippolyti.

8

Solet uerò inuersæ mulierum
Complexioni malum infelix
Fastidium adesse,
Propter puerperium & amentiam.

8 Chori, de Phædra decumbente præ amore Hippolyti.

9

Neque tibi placet quod adest, absens autem
Dulcius existimas.

9 Nutricis, ad Phædram, cō tabescentem amore.

10

Facilius ægrotare, quàm ægrotum curare.
Hoc enim est simplex, huic uerò adhæret
Dolorq; animi, manuumq; labor.
Tota uerò misera uita hominum,
Neque est requies laborum.
Verùm quid aliud hac uita dulcius,
Tenebræ circundantes occultant nubibus?
Non amantes uidemur esse
Huius, eo quòd hoc lucet sub terra,
Propter inexperientiam alterius uitæ,
Propterq; nullam euidentiam eorum quæ sub terra sunt:
* Fabulis uerò frustra perturbamur.

10 Eiusdem, de Phædra decumbente, & miserrimè affecta & confecta amore, quam ducit & curat nutrix.

* Quas fabulas uariè & prodigiose de uita altera poetæ comminiscuntur.

11

Facilius uerò morbum cum tranquillitate,
Et generoso animo feres.
Ferre autem molestiam, hominibus necessitas est.

11 Eiusdem, consolantis Phædram, & iubentis resistere amori, & eundem patienter ferre.

12

Resipiscere enim, animum offendit.
Porrò insanire, malum. Sed præstat

12 Phædræ, pœnitentis quòd impatientia amoris multa dixisset absurda, & furiosi animi indicia, ad nutricē. quare iam pudore affecta, iubet tegi suā faciem.

a Si pereundum est ignominiose, seu propter delictum aliquod, iuuat si id clàm fit, non aspicientibus hominibus.

[a] μὴ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι.

13

13 Longa uita multa docet.

b Amores decet esse mediocres, non uehementes, non intensos, sed solubiles.

c Duas simul curas sustinere, graue est.

d Nimij labores noxij ualetudini.

ὁπόταν βότρυος ἔλθῃ
γάνος ἐν δαιτὶ θεῶν.
κισσοφόροις δ' ἐν θαλίαις
ἀνδράσι κρατὴρ ὕπνον ἀμφιβάλλῃ.

10

10 Infrenis & superbioris finis est infelicitas.

b Modestia, pietas, & reuerenter de Dijs sentire, uitam inconcussam seruat.

c Dij inspectores sunt rerum humanarum.

d Nimium sapere, non sapientia, sed stultitia est.

e Superbia abbreuiat uitam.

f Maiora suis uiribus appetens, etiam mediocria cũ præsentibus amittit: quod stultorum est hominum.

Ἀχαλίνων στομάτων,
ἀνόμου τ' ἀφροσύνας,
τὸ τέλος δυστυχία.
b ὁ δὲ τᾶς ἡσυχίας
βίοτος, καὶ τὸ φρονεῖν, ἀσά-
λευτον μένει, καὶ συνέχει
δῶμα. c πρόσω γὰρ, ἀλλ' ὅμως αἰθέρα ναί-
οντες, ὁρῶσιν τά βροτῶν οὐρανίδαι.
τὸ d σοφὸν δ' οὐ σοφία,
e τό, τε μὴ θνητὰ φρονεῖν
βραχὺς αἰών. f ἐπὶ τούτῳ
δέ τις ἂν μεγάλα διώκων,
τὰ παρόντ' οὐχὶ φέρει.
μαινομένων οἵδε τρόποι,
καὶ κακοβούλων παρ' ἔμοιγε φωτῶν.

11

11 Etiam sapientia summa desipienti stultitia est.

Δόξει τις ἀμαθεῖ, σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ φρονεῖν.

12

12 Bacchi sacra noctu celebrantur. Hoc est, homines plerunque uesperi solent se inuitare largius & hilarius, quàm interdiu, occupati alijs curis.

g Plerunque reuerentiã habent tenebræ.

h Mulieres noctu domi maneant, nec accedant sacra nocturna.

i Peccare uolenti nunquam deerit occasio.

Πεν. τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
Βακ. νύκτωρ τὰ πολλά, g σεμνότητ' ἔχει σκότος.
Πεν. h τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιόν ἐστι, καὶ σαθρόν.
Βακ. i κἂν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν.

8

Stulta enim stultus dicit.

9

Audis impiam contumeliam
In Bromium, filium Semeles,
Apud iucundissimam lætitiam
Deum præcipuum deorum: qui hæc potest,
Et tripudiare choreis,
Et cum tibia ridere,
Et sedare curas,
Quoties uuæ uenerit
Liquor in conuiuium deorum.
Hederaceis uerò in compotationibus
Viris crater somnium immiserit.

10

Infrenis oris,
Enormisq; dementiæ,
Finis infelicitas.
Sed tranquillitatis
Vita, & sapientia
Inconcussa manet, & continet
Rem domesticam, longè quidem, sed tamen æthera
Habitantes, uident res mortalium cœlites.
Non recta uerò sapientia,
Et non mortalia sapere,
Abbreuiat uitam. Hac de causa
Verò qui magna sectatur,
Mediocria non consequitur.
Insanientium hi mores,
Et imprudentium (meo iudicio) uirorum.

11

Videbitur aliquis desipienti, sapientia loquens, desipere.

12

Pen. Hæc uerò sacra noctu, aut interdiu celebras?
Bac. Noctu plerunq;: reuerentiam habent tenebræ.
Pen. Istud erga mulieres dolosum, & uitiosum.
Bac. Etiam die turpitudinem inueniat quispiam sanè.

8 Eiusdem, de eodem, conuicia eiaculante in Bacchum.

9 Chori, ægrè ferentis Penthei uerba impia contra Bacchum, quem laudat ut præcipuum deorũ, à uirtutibus suis, & potentia sua.

10 Eiusdem Chori, minitantis pœnam Pentheo, ob stultiloquentiam suam.

11 Bacchi, ad Penthea: qui ut homo desipiens, omnia quæ dicebat Bacchus, ridebat.

12 Penthei, quærẽtis ex Baccho, quãdo, noctu'ne an interdiu celebrentur eius orgia.

13

Ὡς θρασὺς ὁ βάκχος, κοὐκ ἀγύμναστος λόγων.

13 Fœcundi calices quem non fecere disertum? οἴνου γὰρ κατιόντος, ἐπαναπλέουσι τὰ ἔπεα: uino descendēte, ascendunt uerba: ut est apud Herodotum.

14

Οὐκ οἶσθ᾽ ὅτι ζῇς, οὐδ᾽ ὁρᾷς, οὔθ᾽ ὅστις εἶ.

14 Contra tyrannum superbum, non cogitantē se esse hominem, sed Deo ipso potentiorem.

15

Ὅ, τι γὰρ μὴ χρεών, οὔτι χρεὼν
παθεῖν.

15 Iniustum tantum iniustum est: vuas nicht recht ist, das vuirdt nimmer mehr recht vuerden: ut dicitur, ὀλέθριον ὀλέθριον κακόν.

16

Παρεῖται· πρὸς θεὸν γὰρ, ὢν ἀνήρ,
ἐς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμ᾽.

16 Maioribus & potentioribus se opponens, turpiter uincitur.

17

Πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον᾽ εὐοργησίαν.

17 Sapientis est resistere iræ.

18

Σοφὸς, σοφὸς εἶ, πλὴν ἃ δεῖ σ᾽ εἶναι σοφόν.

18 Multi sunt sapientes: sed cum sapientia opus est, nunquam ea utuntur.

19

τοῖς γὰρ δικαίοις οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.

19 Iusta dicentibus non irascendum.

20

Τὸν δαίμον᾽ οὖν τόνδ᾽, ὅστις ἔστ᾽, ὦ δέσποτα,
δέχου πόλει τῇδ᾽, ὡς τά τ᾽ ἄλλ᾽ ἐστὶν μέγας.
κἀκεῖνό φασιν αὐτὸν, ὡς ἐγὼ κλύω,
a τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς.
b οἴνου δὲ μηκέτ᾽ ὄντος, οὐκ ἔστιν κύπρις,
οὐδ᾽ ἄλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι.

a Vitis curarum sedatrix.
b Sine Cerere & Baccho friget Venus. Aristophanes itaq; οἶνον γάλα ἀφροδίτης, lac Veneris nominat

21

Διόνυσος ἥσσων οὐδενὸς θεῶν ἔφυ.

21 Bacchus, seu uinum, potens quiddam est.

22

Θύοιμ᾽ ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος
πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν θεῷ.

22 Dij potius placandi, & amici habendi, quàm ijs pugnādum.

23

Ὀρθῶς, μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπὴν
σοφώτερον γοῦν, ἢ κακοῖς θηρᾶν κακά.

23 Consilium semper debet præcedere factum ipsum.

24

Γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, ὃς πέφυκεν ἐν τέλει θεὸς
δεινότατος, ἀνθρώποισι δ᾽ ἠπιώτατος.

24 Bacchus Deus uehementissimus, & mitissimus, pro moribus utentium.

25

Τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον
παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς,

25 Nihil est gratius hominibus, quàm superiorem posse esse suis hostibus. ut dicitur in Mimo: Inimicum ulcisci, uitā accipere est alteram.

ἢ χεῖρ᾽

13
Quàm confidens Bacchus, neq; inexercitatus sermonũ.

14
Nescis quod uiuis, neq; uides, neque quis sis.

15
Quod uerò non conuenit, non conuenit
Pati.

16
Defatigatus est: contra Deum enim, existens homo,
Congredi ausus est.

17
Sapientis enim uiri est, exercere modestã iræ cõtinentiã.

18
Sapiens, sapiens es, præterquàm in quib. oportebat te esse

19 *(sapientẽ.*
Iustis enim non irasci conuenit.

20
Deum itaque hunc, quicunque sit, ô Domine,
Recipe in ciuitatẽ hanc: quoniã & in cæteris magnus est:
Et illud præterea dicunt, ipsum, quantum audio,
Sedatricem tristitiæ uitem dare hominibus.
Vino enim sublato, non est Venus:
Neque aliud iucundum quicquam mortalibus posthac.

21
Dionysius inferior nullo deorum est.

22
Sacrificarem ei potius, quàm succensus
Contra stimulum calcitrarem, mortalis existens Deo.

23
Rectè, ire conuenit primùm exploratum:
Sapientius certè, quàm malis capere mala.

24
Cognoscet uerò Iouis filium
Dionysum, qui est in autoritate Deus
Vehementissimus, sed hominibus clementissimus.

25
Quid sapientius, aut quod pulchrius
A Dijs munus apud homines,

13 Penthei, de Baccho.

14 Bacchus Pentheo, superbo & stulto, iubenti Bacchum comprehensum & ligatum in uincula conijcere.

15 Bacchi ad Penthea, à quo iubetur conijci in uincula.

16 Bacchi ad Chorum, quòd diruerit ædes Pentheo, puniẽs ipsum, quòd ipse mortalis contra se pugnare ausus fuisset.

17 Bacchi, soluti propria potentia è uinculis & carcere, ad Penthea.

18 Bacchi, ad Penthea.

19 Penthei ad nuncium, cui pollicebatur se non iratum futurum, quodcunque etiã nuncium esset allaturus.

20 Nuncij ad Penthea, cum ei multa dixisset de mirandis operibus Baccharum, quæ nõ uidebantur facere sine Deo aliquo, conatur ei persuadere ut Bacchum non contemnat, sed colat.

21 Chori, uolentis cum nuncio persuadere Pentheo, ne cõtemnat Bacchum.

22 Nuncij, consulentis Pentheo, ne contra Bacchas & Bacchum bellum moueat.

23 Penthei, ad nuncium: omnia prius diligenter exploranda, antequàm quis rem aliquã aggrediatur.

24 Bacchi, minitantis interitum Pentheo, à quo contemnebatur.

25 Chori uerba sunt, præuidentis interitum Penthei.

Quàm

ἢ χεῖρ᾽ ὑπὲρ κορυφᾶς
τῶν ἐχθρῶν κρέισσω κατέχειν;

a Quod pulchrum charum quoque est.

ὅ,τι [a] καλὸν, φίλον ἀεί.

b Deus etiamsi differt pœnā, quemadmodum à Valerio & in Commentarijs Cęsaris eleganter dicitur, tamen suo tempore punit peccatores.

[b] ὁρμᾶται μόλις, ἀλλ᾽ ὅμως,
πιστὸν τό γε θεῖον
σθένος. ἀπευθύνει δὲ
βροτῶν τούς τ᾽ ἀγνωμοσύναν
τιμῶντας, καὶ μὴ τὰ θεῶν
αὔξοντας συμμαινομένᾳ δόξᾳ.
κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως
δαρὸν χρόνου πόδα, καὶ
[c] θηρῶσιν τὸν ἄσεπτον. οὐ
γὰρ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων
γινώσκειν χρὴ, καὶ μελετᾶν.
[d] κούφα γὰρ δαπάνα νομίζειν
ἰσχύν τ᾽ ἔχειν, ὅτι ποτ᾽ ἄρα τὸ δαιμόνιον
τό τ᾽ ἐν χρόνῳ μακρῷ
νόμιμον ἀεὶ φύσει τε πεφυκός.

c Legibus ab omnibus approbatis, & longo usu ut bonis confirmatis, nihil potest haberi & inueniri melius.

d Res expers periculi est, credere esse Deum.

26

26 Nihil gratius, neque acceptius hominibus, quàm superiorem esse suis hostibus.

Τί τὸ σοφὸν, ἢ τί τὸ κάλλιον
παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς,
ἢ χεῖρ ὑπὲρ κορυφᾶς
τῶν ἐχθρῶν κρέισσω κατέχειν;
ὅ,τι καλὸν, φίλον ἀεί.

e Alius in alijs beatus est, nec est quisquam mortaliū cui uni omnis & tota contigerit felicitas: ut apud Pindarum dicitur, τυχᾶν δ᾽ ἕνα εὐδαιμονίαν ἅπασαν ἀδύνατον.

[e] εὐδαίμων μὲν, ὃς ἐκ θαλάσσης
ἔφυγε κῦμα, λιμένα δ᾽ ἔκιχεν.
εὐδαίμων δ᾽, ὃς ὕπερθε μόχθων
ἐγίνεθ᾽. ἑτέρα δ᾽ ἕτερος ἕτερον
ὄλβῳ καὶ δυνάμει παρῆλθεν.

f Infinitæ hominum cupiditates & spes sunt. alius summū bonum ponit in diuitijs, alius beatum prædicat mediocris conditionis hominem.

[f] μυρίαι μυρίοισιν
ἔτ᾽ εἰσὶν ἐλπίδες. αἱ μὲν
τελευτῶσιν ἐν ὄλβῳ
βροτοῖς, αἱ δ᾽ ἀπέβησαν. τὸ δὲ κατ᾽ ἦμαρ
ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων, μακαρίζω.

27

27 Persuasione capiendę mulieres, non plagis uincendæ. Consilio melius uincas quàm iracundia: ut est in Publij Mimo.

Οὐ σθένει νικητέον
γυναῖκας.

28 Θάνατος

Quàm manum supra uerticem
Hostium uictricem habere?
Quoniam quod bonum est, gratum semper.
Aduentat uix, sed tamen uenit,
Certa diuina
Virtus. Punit uerò
Et mortales eos qui improbitatem
Colunt, & non deorum sacra
Promouent, cum peruersa opinione.
Occultant uerò uariè
Longo tempore pedem, &
Captant impium. non
Enim aliquid, quod potius sit legibus,
Inquirere conuenit, aut cogitare.
Facilis enim iactura putare,
Et ratum habere, quicunque tandem sit Deus,
Qui tempore longo,
Legitimè cultus sit, semperq; natura existat.

26

26 **Eiusdem, de eodem.**

Quid sapientius? aut quod pulchrius
A Dijs munus apud homines,
Quàm manum supra uerticem
Hostium uictricem habere?
Quoniam quod bonum est, gratum semper.
Beatus quidem, qui ex maris
Fugit fluctu, portum uerò adeptus est.
Beatus uerò, qui superauit
Calamitates. Alijs uerò alius alium
Diuitijs & potentia præterijt.
Infinitæ infinitis
Supersunt spes. hæ quidem
Finem faciunt in diuitijs
Mortalibus: aliæ irritæ sunt. Hunc uerò, in diem
Cui uictus abundans, beatum iudico.

27

27 **Penthei ad Bacchum.**

Non uiribus uincendæ
Mulieres.

28 Mors non admittit excusationes.

Θάνατος ἀπροφάσιστος.

29 Mala & impia consuetudo est, reijcere cultus deorum.

τὰ δ᾽ ἔξω νόμιμα δίκας, ἐκβαλόν-
τα τιμᾶν θεούς.

30 Frugi serui afficiũtur malis dominorum suorum.

Χρηστοῖσι δούλοις συμφορὰ τὰ δεσποτῶν.

31 Euentus stultorum magister.

Κακοῦ γὰρ ἐγγὺς ὤν, ἐμάνθανον.

32 Modestia & pietas res pulcherrima & sapientissima est mortalibus.

Τὸ σωφρονεῖν δὲ, καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν,
κάλλιστον οἶμαί γ᾽ αὐτὸ, καὶ σοφώτατον
θνητοῖσιν εἶναι χρῆμα, τοῖσι χρωμένοις.

33 Senes morosi sunt, & tetrici.

Ὡς δύσκολον τὸ γῆρας ἀνθρώποις ἔφυ,
γῆ τ᾽ ὄμμασι σκυθρωπόν.

34 Dij puniunt improbos, ut alij ipsorum exemplo à similibus absterreantur.

Εἰ δ᾽ ἔστιν ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ,
εἰς τόνδ᾽ ἀθρήσας θάνατον, ἡγείσθω θεούς.

35 Non decet Deum affectũ esse humano more.

Ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.

36 Multa præter expectationem perficiunt Dij.

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
πολλὰ δ᾽ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί·
καὶ τὰ δοκηθέντ᾽ οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ᾽ ἀδικήτων πόρον εὗρεν θεός.
τοιόν δ᾽ ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

Τέλος.

28
Mors non accipit excusationes.

29
Ritus uerò extra iusticiam sunt, reijcientes
Cultum deorum.

30
Frugi seruis calamitas est res dominorum.

31
Cum in malo enim propè esset, resipuit.

32
Sed esse temperantem, & colere numina deorum,
Pulcherrimam existimo & sapientissimam
Mortalibus esse rem, qui ea utuntur.

33
Vt morosum ipsum senium apud homines est,
Et in oculis tetricum.

34
Si est qui Deos contemnit,
Ad huius respiciens mortem, existimet esse deos.

35
Secundũ iram non conuenit deos assimilari mortalibus.

36
Multæ sunt formæ deorum,
Multa insperatò perficiunt dij.
Et ea quæ uidebantur, non perfecta sunt:
Sed insperatorum exitum inuenit Deus.
Tali modo finita est hæc res.

FINIS.

28 Chori, de Pentheo, abeunte ad interitum.

29 Eiusdem de Pentheo contemptore sacrorum Bacchi.

30 Nuncij, nunciantis malè discerptum perijsse Penthea à Mænadibus, matre Agaue & sororibus, & pœnas dedisse cõtempti & irrisi Bacchi.

31 De eodem, dilaniato à Bacchis.

32 Nuncij de eodem, malè pereunte ob derisa Bacchi orgia.

33 Agaues, matris Penthei, ad Cadmum patrem senem.

34 Cadmi senis, ad spectatores, quibus ostendit cadauer Penthei nepotis miserè discerpti.

35 Cadmi ad Bacchum, quòd nimis grauiter iratus, afflixerit Thebanos ob sui contemptum.

36 Communis tragœdiarũ appendix.

ARGUMENTUM TRAGOEDIAE

Euripidis, quae inscribitur Hercules furens.

Hercules cum duxisset uxorem filiam Creontis regis Thebani, filios ex ea creauit. Eos reliquit Thebis cum uxore, & sene patre Amphitryone: ipse uerò Argos profectus est ad Eurystheum, Graeciae regem, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, ut uarijs cum monstris, feris & hominibus impijs, nobilitatis latronibus congressus, si posset ea superaret, & hoc pacto aeternam nominis sui gloriam posteritati commendaret. Iuno autem, quia oderat Herculem, quòd esset prognatus ex concubitu Iouis cum Alcmena, uoluit ipsum hoc pacto uarijs certaminibus confectum è medio tollere. Exhaustis ergo quàm plurimis laboribus, confectis multis horrendissimis monstris, omnibusque semper superior factus, postremò ad Plutonis etiam domum descendit. Diutius uerò cum ibi moraretur, mortuus ab omnibus est creditus. Ergo istis moti Thebani, cum seditionem excitassent contra Creontem regem, Lycum quendam, cuius pater olim Thebarum rex fuerat, ex Euboea accersunt. Is aduenient, Creontem interfecit. Herculis quoque liberos cum uxore & sene Amphitryone interficere uoluit, qui supplices ad aram confugerant. Cum ergo iam induti habitu funebri mactandi essent, de improuiso adest Hercules, praeter omnem expectationem ab inferis reuersus, unde abduxerat Plutoni cerberum tricipitem: Thesea quoque Atheniensium regem apud inferos uinctum (propterea quòd Plutoni uxorem Proserpinam rapere uoluisset) liberauerat. Is Lycum interficit. Paulo pòst cum Iuno uideret omnia sua contra Herculem consilia hactenus fuisse frustra tentata, mittit Lyssam deam, Noctis Coelique filiam, quae Herculem in rabiem actum, compellit interficere uxorem cum liberis, tristissimum spectaculum. Deinde cum iam sibi redditus esset, miserrimeque se haberet, in maximis & tristissimis malis positus, confectus dolore & lachrymis, cum in uita amplius manere nollet, persuadetur à Theseo, ut mutata moriendi sententia, secum Athenas Thebis relictis proficiscatur: & quia mutari nequeat calamitas, eam constantia & fortitudine, ut uir constans & fortis, exuperet. id ita factum est.

Hercules uxorem habuit Megaram, filiam Creontis regis Thebani. *Eurystheus imperabat & proponebat certamina uaria Herculi, de instinctu Iunonis: quemadmodum de eo meminerunt cùm alij, tum Theocritus in Megara, Herculisco, & Homicida: Pindarus quoque passim, cum Lycophrone.* *Iuno quare odio insectata fuerit Herculem.* *Hercules confectis multis laboribus, ad inferos etiam tandem descendit.* *Thebani excitant seditionem, diutius commorante Hercule apud inferos.* *Lycus quidam uocatus à Thebanis contra Heraclidas, minitatur mortem Amphitryoni & uxori Herculis.* *Hercules ab inferis reuertitur, praeter Thebanorum spem & expectationem, adducens secum Cerberum tricipitem: liberato quoque Theseo, qui uoluit rapere Proserpinam Plutoni.* *Lycus interficitur ab Hercule.* *Hercules furore percitus, interficit uxorem cum liberis.* *Hercules sibi redditus, cum maximo dolore conflictatur, & cum Theseo relictis Thebis Athenas proficiscitur.*

PERSO-

PERSONAE Fabulæ.

Amphitryon, pater Herculis iam ſenex.

Megara, filia Creontis regis Thebani, uxor Herculis.

Lycus, ex Eubœa aduocatus, orta ſeditione inter ciues Thebanos, ut Creonte rege interfecto, & Herculis familia, regno potiretur.

Chorus, conſtat ex ſenibus Thebanis, dolentibus & plorantibus rerum omnium calamitoſiſsimum ſtatum, abſente Hercule.

Iris, deorum nuncia, quam Iuno miſerat ad Lyſſam, furoris deam, ut Herculem in furorem & rabiem ageret.

Lyſſa, Noctis Cœlique filia, à Ioue & Iunone miſſa contra Herculem.

Nuncius, qui nunciat quæ patrarit Hercules furore correptus, contra uxorem & liberos.

Theſeus, rex Athenienſis, cum Hercule par amicorum ab Euripide dictus, à firma amicitia, quam ne in aduerſis quidem d eſeruit.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΑΓΩ-
ΔΙΑΣ Ἣ ΚΑΛΕΙΤΑΙ
ΗΡΑΚΛΗΣ *μαινόμενος.*

1



Φίλων δὲ τοὺς μὲν οὐ σαφῶς ὁρῶ φίλους.
a οἱ δ' ὄντες ὀρθῶς, ἀδύνατοι προσωφελεῖν.
b τοιοῦτον ἀνθρώποισιν ἡ δυσπραξία.
ἧς μή ποτ', ὅστις καὶ μέσως εὔνους ἐμοί,
τύχοι, φίλων ἔλεγχον ἀψευδέστατον.

1 Non omnes amici, qui amici uolunt perhiberi.
a Inopes & impotentes sępè sunt cõstantiores amicis in aduersis, quàm potentes & diuites.
b Aduersitas, amicorum examen certissimum.

2

Ὡς οὐδὲν ἀνθρώποισι τῶν θεῶν σαφές.

2 Nihil in hominum uita certum & stabile.

3

Δοκεῖν δὲ † τἀδόκητ' οὐ χρὴ γόον.

3 Quę fieri non possunt, non sunt speranda.
† Pro τὰ ἀδόκητα.

4

Ἐν ταῖς ἀναβολαῖς, τῶν κακῶν γίνετ' ἄκη.

4 In malis & aduersis nihil præcipitanter aut festinanter agendum, quòd mora & tempus suppeditet consilia & remedia.

5

Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ συμφοραί,
καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει.
c οἵ τ' εὐτυχοῦντες, διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς·
ἐξίστανται γὰρ πάντ' ἀπ' ἀλλήλων δίχα.
d οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσιν
πέποιθεν αἰεί. τὸ δ' ἀπορεῖν, ἀνδρὸς κακοῦ.

5 Quemadmodũ flatus uentorum uehementes remittuntur, ita quoque in magnis malis leuatio speranda est.
c Nulla felicitas cõstans est perpetuò.
d Semper sperare, boni: desperare uerò, uiri mali est.

6

Χρὴ δ' ἐπεί γε δεσπότης
ὑμῶν καθεστηκ', ἱστορεῖν ἃ βούλομαι;

6 Tyrannis & magnis dominis licent quæuis in subditos suos, iuxta regulam: Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uolũtas.

7

Ὃς ἔσχε δόξαν, οὐδὲν ὤν, εὐψυχίας
θηρῶν ἐν αἰχμῇ, τἄλλα δ' οὐδὲν ἄλκιμος.
ὃς οὔποτ' ἀσπίδ' ἔσχε πρὸς λαιᾷ χερί,
οὐδ' ἦλθε λόγχης ἐγγύς· e ἀλλὰ τόξ' ἔχων,
κάκιστον ὅπλον, τῇ φυγῇ πρόχειρος ἦν.
ἀνδρὸς f δ' ἔλεγχος, οὐχὶ τόξ' εὐψυχίας,
ἀλλ' ὃς μένων βλέπει τε, κἀντιδέρκεται
δορὸς ταχείας ἄλοκα, τάξιν ἐμβεβώς.

e Arcus, bombardæ, pessima arma, & timidissimi uiri.
f Viri animosi non arcubus, non iaculis nituntur, sed aperto marte pręliantur contra hostem.

EX TRAGOEDIA
QVAE VOCATVR
HERCVLES furens.

1

X amicis autem alios quidem non certos uideo amicos:
Qui uerò sunt rectè, impotentes sunt ut iuuent.
Talis res est hominibus ipsa infelicitas.
Quã nullus unquã, quicũq; uel mediocriter amicus mihi,
Assequatur, amicorum examen certissimum.

2

Vt nihil hominibus à dijs certum.

3

Sperare, sed insperata non conuenit senex.

4

In ipsa mora malorum sunt remedia.

5

Deficiunt certè & mortalium calamitates,
Et flatus uentorum non semper impetum habent.
Quiq; felices sunt, non perpetuò felices:
Decedunt enim omnia à se mutuò seorsum.
Hic autem uir optimus, qui spebus
Confidit semper: non autem sperare, uiri ignaui.

6

Licet autem, quoniam dominus
Vester constitutus sum, interrogare quæ uolo?

7

Qui adeptus est opinionem (nil existens) fortitudinis,
Ferarum in prælio, cæterùm nihil fortis,
Qui nunquam habuit clypeum ad sinistram manum,
Neq; uenit hastam propè: sed arcum habens,
Ignauissima arma, ad fugam promptus erat.
Viri uerò indicium, non arcus animositatis,
Sed qui manens aspicitq;, & eregionè aspicit,
Hastæ uelocis ictum, constitutus in acie.

1 Amphitryonis, patris Herculis, querela, quòd in calamitate cum abesset, filius Hercules, Lycusq; interea occupasset Thebas, & familiam Herculis uniuersam perdere uellet, neminem amicum haberet opitulatorem.

2 Megaræ, uxoris Herculis, deplorantis eandem calamitatem & fortunę inconstantiam.

3 Megaræ ad Amphitryonẽ, à quo iubebatur sperare liberationem aliquam à præsentibus malis.

4 Amphitryonis, ad Megarã.

5 Eiusdem, consolantis Megaram in malis.

6 Lyci, ad senem Amphitryonẽ sedentem, absente Hercule, cũ uxore Herculis & liberis eiusdem, ad aram, habitu supplicis.

7 Lyci, extenuãtis apud Amphitryonem facta Herculis.

8

8 Nullus propheta acceptus in patria.

Οὐ γὰρ ἔστ᾽ ὅπη
ἐσθλόν τι δράσας, μάρτυρ᾽ ἂν λάβοις πάτραν.

9

9 Armatum stare in prælijs, multos interficit.
[a] Pro μὴ ἀγαθοῖς.

b Pugnare arcubus, bombardis & iaculis, præfertur reliquis armis bellicis omnibus.

c In bello afflictis hostibus corpus illæsum seruare, industria & sapientia summa est.
[d] Pro μὴ ἐκ τύχης.

Ἀνὴρ ὁπλίτης, δοῦλός ἐστι τῶν ὅπλων,
καὶ τοῖσι συνταχθεῖσιν οὖσι [a] μὴ 'γαθοῖς,
αὐτὸς τέθνηκε δειλίᾳ τῇ τῶν πέλας.
θραύσας τε λόγχην, οὐκ ἔχει τῷ σώματι
θάνατον ἀμῦναί γ᾽ ἄν, ἔχων ἀλκὴν μόνον.
[b] ὅσοι δὲ τόξοις χεῖρ᾽ ἔχουσιν εὔστοχον,
ἓν μὲν τὸ λῷστον, μυρίους οἰστοὺς ἀφεὶς
ἄλλοις, τὸ σῶμα ῥύεται μὴ κατθανεῖν.
ἑκὰς δ᾽ ἀφεστώς, πολεμίους ἀμύνεται,
τυφλοῖς ὁρῶντας οὐτάσας τοξεύμασιν,
τὸ σῶμά τ᾽ οὐ δίδωσι τοῖς ἐναντίοις,
ἐν εὐφυλάκτῳ δ᾽ ἐστί. [c] τοῦτο δ᾽ ἐν μάχῃ
σοφὸν μάλιστα, δρῶντα πολεμίους κακῶς
σώζειν τὸ σῶμα, [d] μὴ 'κ τύχης ὡρμισμένους.

10

10 Mali & improbi cuperent sublatos omnes bonos, ne quis esset qui ipsorum argueret malitiam.

Εἰ τῶν ἀρίστων τἄκγον᾽, αὐτὸς ὢν κακός,
δέδοικας.

11

11 Ratio cum uidet bonos affligi, iudicat malos potius affligendos, à quibus læduntur boni sine causa.

Τοῦθ᾽ ὅμως ἡμῖν βαρύ,
εἰ δειλίας σῆς κατθανούμεθ᾽ εἵνεκα.
ὃ χρῆν σ᾽ ὑφ᾽ ἡμῶν τῶν ἀμεινόνων παθεῖν,
εἰ Ζεὺς δικαίας εἶχεν εἰς ἡμᾶς φρένας.

12

12 Deus punit uim iniustam.
[e] Futurum β. medium à πάσχω μαι.

Βίαν δὲ δράσῃς μηδέν, ἢ [e] πείσῃ λίαν,
ὅταν θεοῦ σοι πνεῦμα μεταβαλὸν τύχῃ.

13

13 Veritatis simplex oratio.

Ἆρ᾽ οὐκ ἀφορμὰς τοῖς λόγοισιν οἱ 'γαθοὶ
θνητῶν ἔχουσι, κἂν βραδύς τις ᾖ λέγειν;

14

14 Ciuitas seditiosa non rectè sapit.

Οὐ γὰρ εὖ φρονεῖ πόλις,
στάσει νοσοῦσα, καὶ κακοῖς βουλεύμασιν.

15

15 Amicis rectè faciunt, irascentes alijs propter amicos, sine causa læsi.

τῶν φίλων γὰρ οὕνεκα,
ὀργὰς δικαίας τοὺς φίλους ἔχειν χρεών.

8

Non est enim, ubi
Strenuè quid agens, testem accipias patriam,

9

Vir armatus graui armatura, seruus est armorum.
Et qui in eodem ordine sunt, existentibus non strenuis,
Et ipse occumbit timiditate eorum qui propè sunt.
Vbiq; fregerit hastam, non habet à corpore
Mortem ut depellat, habens uires quamuis.
Quotquot uerò sagittis manum habent certam,
Vnum certè hoc optimum, innumeras sagittas mittens
Alijs, suum corpus seruat ne oppetat.
Eminus autem stans, hostes ulciscitur,
Cæcis cernentes uulnerans sagittis:
Corpusq; non exhibet hostibus,
Verùm in tuto est. Illud uerò in pugna
Sapientißimum est, hostes lædentem,
Seruare corpus, ne incidas in grassantes.

10

Si optimorum filios, ipse existens malus,
Times.

11

Sed hoc tamen nobis graue,
Si ignauiam tuam moriendum est propter.
Quod æquum erat te à nobis præstantioribus pati,
Si Iupiter æquum haberet erga nos animum.

12

Vim uerò facies nequaquam: aut patieris maiorem,
Cum fortunæ tibi flatus permutatus fuerit.

13

An non occasionem dicendi præstantes
Mortalium habent, & si tardus quis fuerit ad dicendum?

14

Non enim rectè sapit ciuitas
Seditione laborans, & malis consultationibus.

15

Amicos enim propter
Iras iustas amicos habere conuenit.

8 Amphitryonis ad Lycum, quòd ubique exteræ gentes sint testes præclarorum operum Herculis.

9 Eiusdem ad eundem, apud quem uindicat à contemptu arma Herculis, arcum & sagittas, tanquam arma expeditissima, tutissima, faciliaq; portatu.

10 Eiusdem ad eundem, uolentem interficere Herculis liberos.

11 Eiusdem: Tu quia malus es, iurè à nobis debebas interfici, si Iupiter secundum iusticiam omnia uellet fieri.

12 Eiusdem, ad eundem: Si uis omnino ad te rapere regnũ Thebanum, sine nos quæso inde exire uiuos.

13 Amphitryonis, uerbis obiurgantis Thebas ingratam urbem, quòd non seruarent liberos Herculis, per quem essent à Minyorum potentia liberati.

14 Chori senum, quòd malè fecerit ciuitas, recipiens Lycũ dominum, & ipsius potestati se submittens.

15 Megaræ, laudantis Chorum, quòd ex iusta causa irasceretur urbi.

16 Necessitati pugnans, stultè facere censendus est.

a In malis præterea rideri, ipsa morte grauius est.

* Pro ὃ ἐμοί.

17 Si omnino moriendũ, honestè id faciendum est, ut posteris honestam nostri memoriam relinquamus.

18 Magni uiri malè audiunt apud hostes, propter liberos, si uel eos in aduersis deseruerint: uel si liberi ab ipsorũ uirtutibus degenerarint, ut dicitur, ἡρώων τέκνα πήματα.

19 Mortui non reuertuntur in uitam.

20 Malus uir hostis, bono nec metuendus, nec etiam ipsi cedendum.

b Correctio prioris sententiæ·præstat cedere hosti, quàm uitam amittere.

† Consilio melius uincas, quàm iracundia.

21 Exilio nihil grauius. Non exul curæ creditur esse Deo: ut in uersu Tyrtæi dicitur, in oratione quadam Lycurgi.

c Post tres sæpè dies piscis uilescit & hospes.

22 Fatalia mala superare uelle, conatus est irritus.

23 Homines in aduersis impatientia uicti, Deos iniusticię accusant.

d Pro προέδωκα.

e *Pro ἠπίστασο Atticè, ab ἐπίσταμαι, elisione σ, & contractione duarum uocalium in unã longã.*

24 Virtutes & præclara facta uirorum, decus sunt etiam mortuorum.

16

Τῷ δ' ἀναγκαίῳ τρόπῳ
ὃς ἀντιτείνει, σκαιὸν ἡγοῦμαι βροτόν.
ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρεὼν,
μὴ πυρὶ καταξανθέντας, a ἐχθροῖσι γέλων
διδόντας, * ὅ 'μοὶ τοῦ θανεῖν μεῖζον κακόν.

17

Ὡς οὐκ ἀνεκτὸν, δειλίας θανεῖν ὕπο.

18

Οἱ γὰρ εὐγενεῖς
κάμνουσι τοῖς ἐχθροῖσι, τῶν τέκνων ὕπερ.

19

Καὶ τίς θανόντων ἦλθεν ἐξ ᾅδου;

20

Ἥκιστα φεύγειν σκαιὸν ἄνδρ' ἐχθρὸν χρεὼν·
b σοφοῖσι δ' εἴκειν, καὶ τεθραμμένοις καλῶς.
ῥᾷον † γὰρ αἰδοῦς ὑπολαβὼν, φίλ' ἂν τελοῖς.

21

Ἀλλὰ καὶ τόδ' ἄθλιον,
πενίᾳ σὺν οἰκτρᾷ περιβαλεῖν σωτηρίαν.
c ὡς τὰ ξένων πρόσωπα φεύγουσιν φίλοι,
ἓν ἦμαρ ἡδὺ βλέμμ' ἔχειν φασὶν μόνον.

22

τὰς τῶν θεῶν γὰρ ὅστις ἐκμοχθεῖ τύχας,
πρόθυμός ἐστιν· ἡ προθυμία δ' ἄφρων.
ὃ χρὴ γὰρ, οὐδεὶς μὴ θεῶν θήσει ποτέ.

23

Σὺ δ' ἦσθ' ἄρ' ἥσσων ἢ δόκεις εἶναι φίλος.
ἀρετῇ σε νικῶ, θνητὸς ὢν, θεὸν μέγαν.
παῖδας γὰρ οὐ d προὔδωκα τοὺς Ἡρακλέους,
σὺ δ' εἰς μὲν εὐνὰς κρύφιος e ἠπίστω μολεῖν,
τἀλλότρια λέκτρα δόντος οὐδενὸς λαβών·
σώζειν δὲ τοὺς σοὺς οὐκ ἐπίστασαι φίλους.
ἀμαθής τις εἶ θεὸς, ἢ δίκαιος οὐκ ἔφυς.

24

Γενναίων δ' ἀρεταὶ πόνων
τοῖς θανοῦσιν ἄγαλμα.

16

Neceßitati uerò
Qui obnititur, læuum existimo hominem.
Nos uerò quoniam oportet mori, mori conuenit
Non igne ambustos, hostibus risum
Exhibentes: quod mihi ipsa morte maius malum.

16 Eiusdem, inopis omnis cõsilij, ad Chorum, ne patiatur se exuri ad aram, supplicem cum liberis, quemadmodum minatus erat Lycus.

17

Itaq; non tolerabile, per timiditatem mori.

17 Eiusdem, ad eundem: honestè moriendum.

18

Generosi enim
Malè audiunt apud hostes, propter filios.

18 Eiusdem, quòd Hercules malè auditurus sit ob non seruatos liberos.

19

Et quis mortuorum reuersus est à Plutone?

19 Eiusdem, non esse sperandũ ut Hercules reuertatur ab inferis.

20

Minimè fugere improbum uirum hostem conuenit:
Sapientibus uerò cedere, & educatis honestè.
Facilius enim per uerecundiam monens, grata effeceris.

20 Eiusdem cõsilium, ut supplici uoce rogent Lycum, ut saltem uiuos è terra dimittat.

21

Verùm etiam hoc miserum,
Paupertate cum miserabili acquirere salutem.
Quoniam hospitum uultum fugiunt amici,
Vnum diem gratum aspectum habere aiunt solum.

21 Eiusdem, reijcientis consilium de exilio, cum eo nihil sit miserius.

22

Qui à dijs sunt etenim, quicunq; perferre conatur casus,
Fortis est: sed fortitudo hæc caret prudentia.
Quod enim facto opus est, nullus deorũ nõ efficiet unquã.

22 Eiusdem ad Chorũ, ut potius unà moriatur fortiter, quàm ut turpe quippiam committant, indignum fortitudine Herculis.

23

Tu utiq; eras deterior, quàm credebaris esse, amicus.
Virtute te supero, mortalis existens, Deum magnum.
Filios enim non prodidi Herculis.
Tu uerò ad cubilia quidem occultus nouisti uenire,
Aliena coniugia concedente nemine accipiens:
Seruare autem tuos nescis amicos.
Rigidus quispiam es Deus, aut iniquus es.

23 Amphitryonis ad Iouem. Ei indignatur, quòd deserat filios Herculis in calamitate maxima.

24

Fortium enim uirtutes laborum
Mortuis decus sunt.

24 Chori, celebrantis laudes Herculis, qui tunc mortuus putabatur.

25 Vita mortalium breuis est, uolucris, & pendula: quemad modum apud Horatium dicitur, de mortalium iucūditate.

25

Μικρὰ μὲν τάδε τοῦ βίου.

26 Spes sæpè frustratur homines.

a Fortuna inconstans, leuis & mobilis. Circulus enim sunt res hominum, nec quisquā antè finem uitæ beatus prædicandus est.

b Diuitiæ & gloria nemini stabiles sunt.

26

Ὡς ἐλπίδας μὲν ὁ χρόνος οὐκ ἐπίσταται
σώζειν, τὸ δ' αὑτοῦ σπουδάσας, διέπτατο.
a ὁρᾶτέ μ' ὅσπερ ἦν περίβλεπτος βροτοῖς,
ὀνομαστὰ πράσσων, καί μ' ἀφείλεθ' ἡ τύχη,
ὥσπερ πτερὸν πρὸς αἰθέρ' ἡμέρᾳ μιᾷ.
ὁ δ' b ὄλβος ὁ μέγας, ἥ τε δόξ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ
βέβαιός ἐστι. χαίρετ'· ἄνδρα γὰρ φίλον
πανύστατον νῦν ἥλικες δεδόρκατε.

27 Fœminæ miserabiliores maribus.

27

Τὸ θῆλυ πως μᾶλλον οἰκτρὸν ἀρσένων.

28 Infelicium nemo amicus est.

28

Οὕτω δ' ἀπόντες ἐσπανίζομεν φίλων;
φίλοι γὰρ εἰσὶν ἀνδρὶ δυστυχεῖ τίνες;

29

Ἄφιλον, ἵν' αὖθίς σοι λέγω, τὸ δυστυχές.

30 Vxor, liberi, parentes, omnibus rebus, post Deum, præferendi.

† Pro χαιρέτωσαν, Atticè. In comœdijs Aristophanis passim extant eius casus exempla.

30

Τῷ γάρ μ' ἀμύνειν μᾶλλον, ἢ δάμαρτι, χρή,
καὶ παισί, καὶ γέροντι; † χαιρόντων πόνοι.
μάτην γὰρ αὐτοὺς τῶνδε μᾶλλον ἤνυσα.

31 Parentes, uxor, liberi, non negligendi, sed iuuandi.

31

Δίκαια, τοὺς τεκόντας ὠφελεῖν τέκνα,
πατέρα τε πρέσβυν, τήν τε κοινωνὸν γάμων.

32 Magistratus est, bonos honoribus, malos uerò pœnis afficere.

32

Πρὸς σοῦ μὲν ὦ παῖ, τοῖς φίλοις εἶναι φίλον,
τάτ' ἐχθρὰ μισεῖν.

33 Omnes homines cùm summi tum infimi, pauperes cum diuitibus, amant suos liberos.

33

Πάντα τἀνθρώπων ἴσα.
φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν,
οἵ τ' οὐδὲν ὄντες. χρήμασιν δὲ διάφοροι
ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ. πᾶν δὲ φιλότεκνον γένος.

34 Iuuentus grata est, senium uerò onus grauius Aetnæ scopulis.

34

Α νεότας μοι φίλον ἄ-
χθος. τόδε γῆρας, αἰεὶ
βαρύτερον αἴτνας σκοπέλων
ἐπὶ κρατὶ κεῖσαι,

Βλεφάρων

25

Breuis quidem hæc uita.

25 Amphitryonis, ad Chorũ senum, cum iam interficiendus à Lyco, precatur ut uitã, quæ aliàs breuis est, sine tristitia semper transigant.

26

Quoniam spes quidem tempus nescit
Seruare: hoc sui gratia qui affectat, frustratur.
Aspicite me, qui eram conspicuus mortalibus,
Præclara peragens, & me deiecit fortuna
Veluti plumam ad æthera una die.
Sed diuitiæ magnæ, & gloria, nescio cui
Stabiles sint. Valete. uerum enim amicum
Vltimò nunc, ô æquales, uidetis.

26 Eiusdem ad eundem, de fortunæ inconstantia.

27

Fœminæ enim quodammodo miserabiliores maribus.

28

Sic uerò absentes carebamus amicis?
Amici sunt uerò infelici qui 'nam?

28 Herculis, reuersi præter expectationem ab inferis, cum iam uxor cum liberis seneque patre abducendi essent ad mortem: & quærentis, an in his malis se absente fuissent deserti ab amicis.

29

Caret amicis (ut iterum tibi dicam) infelicitas.

29 Megaræ, respondentis Herculi.

30

Cui enim me opem ferre potius, quàm uxori, conuenit,
Et filijs, & seni? Valeant labores:
Frustra enim eos præ ijs confeci.

30 Herculis ad uxorem, patremq; senem, quòd relictis rebus omnibus uelit depellere ab ipsis præsentem calamitatẽ.

31

Aequum est, parentes adiuuare liberos,
Patremq; senem, & participem nuptiarum.

31 Eiusdem Herculis, in eandem sententiam.

32

Tuum quidem est, ô fili, amicis esse amicum,
Et inimica odisse.

32 Amphitryonis, ad Herculem.

33

Omnes res hominum pares sunt.
Amant liberos, quiq; præstantes sunt mortalium,
Quiq; obscuri. pecuniarum autem expetentes alij
Sunt, alij uerò non: omne uerò amat liberos genus.

33 Herculis, de liberis suis, adhærentibus præ gaudio ipsi redeunti ab inferis.

34

Ipsa iuuenta mihi gratum
Pondus: sed senecta semper
Grauius Aetnæ scopulis
Capiti immines,

34 Chori senum uerba sunt, quibus prædicat felices iuuenes, miseros uerò senes.

βλεφάρων σκοτεινὸν
φάρος ἐπικαλύψαι.

a Ipsa iuuentus præstat omnibus regni opibus, propterea quòd omnia commoda secum ferat, senectus uerò mala cuncta secum afferat.

[a] μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος
τυραννίδος ὄλβος εἴη,
μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη,
τὰς ἥβας ἀντιλαβεῖν,
ἃ καλλίστα μὲν ἐν ὄλβῳ,
καλλίστα δ' ἐν πενίᾳ.
τὸ δὲ λυγρὸν φόνιόν τε γῆρας

b Seruitutis execratio & detestatio.

μισῶ· κατὰ [b] κυμάτων
δ' ἔρροι, μηδέ ποτ' ὤφελεν
θνατῶν δώματα καὶ πόλεις
ἐλθεῖν, ἀλλὰ κατ' αἰθέρ' ἀεὶ
πτεροῖσι φορείσθω.

c Votum: utinam licuisset bonis bis iuuenes fieri, malis uerò semel uiuere: notam, discernentem inter bonos & malos.

εἰ δὲ [c] θεοῖς ἦν ξύνεσις,
καὶ σοφία κατ' ἄνδρας,
δίδυμον ἂν ἥβαν ἔφερον,
φανερὸν χαρακτῆ-
ρ' ἀρετᾷ, ὅσοισι

d Pro *μέτεστι*. præpositiones enim transferentes accentum, pro uerbis usurpantur: ut *πέρι* pro *περίεστι*, *ἄνα* pro *ἀνάστηθι*, apud Sophoclem in Aiace.

[d] μέτα· καὶ θνατοὶ ἐς
τὰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου
δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους.
ἁ δυσγένεια δ' ἁπλοῦν ἂν
εἶχε ζωᾶς βιοτάν,
καὶ τῷδ' ἦν τούς τε κακοὺς ἂν
γνῶναι, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς
ἴσον, ἅτ' ἐν νεφέλαισιν ἄστρων
ναύταις ἀριθμὸς πέλει.
νῦν δ' οὐδεὶς ὅρος ἐκ θεῶν
χρηστοῖς, οὐδὲ κακοῖς σαφής,

e Omnis hominum uita circa opes congerendas est occupata.

ἀλλ' [e] εἱλισσόμενός τις αἰὼν
πλοῦτον μόνον αὔξει.

35 Senum prudentia. Et uetulo latrante cane, prospectandum: ut dicitur.

35

Ἔτι τοι γέρων ἀοιδὸς,
κελαδεῖ μναμοσύναν.

36 Bonæ res, præclaram laudis materiam subministrant.

36

τὸ γὰρ εὖ
τοῖς ὕμνοισιν ὑπάρχει

Oculorum tenebricosum
Amictum obtegens.
Non mihi neq; Asiatici
Regni diuitiæ sint,
Non auri domus plena,
Pro ipsa iuuentute,
Quæ pulcherrima quidem in diuitijs,
Pulcherrima autem in paupertate.
Sed triste lætaleq; senium
Odi: per fluctus uerò
Pereat, neque unquam debet
Mortalium ad domos & ciuitates
Redire, sed per æthera semper
Alis feratur.
Quòd si dijs esset prudentia,
Et sapientia apud homines,
Geminam sanè iuuentam attulissent,
Manifestam notam
Virtutis, quibus
Adfuerit: & mortales
Ad splendores iterum solis
Duplices utique iuissent cursus.
Sed ignobilitas simplicem
Haberet uitæ modum:
Et hac nota & improbos
Et bonos cognoscere
Aequum esset, ueluti in nubibus astrorum
Nautis numeratio existit.
Nunc uerò nullus ex dijs iudex,
Bonis neque est, neque malis certus:
Verùm fraude utens quadam uita
Diuitias tantum comparat.

35

Adhuc certè uetulus cantor,
Cantat memoria dignum.

35 Chori lætantis, & canentis uictoriam Herculis.

36

Etenim bonam materiam
Cantionibus subministrat

36 Chori, celebrantis pręclara facta Herculis.

Iouis

διὸς ὁ παῖς, τῆς δ' εὐγενείας
πλέον ὑπερβάλλων.

37 Victores moderatè uti debent uictoria, sine fastu, crudelitate & tyrannide. ut dicitur: Bis uincit, qui se uincit in uictoria.

37

Χρῆν σε μετρίως, κ' εἰ κρατεῖς, πουδὴν ἔχειν.

38 Vt sementem feceris, ita metes.

38

Προσδόκα δὲ, δρῶν κακῶς,
κακόν τι πράξειν.

39 Quàm benè dispositum terris, ut dignus iniqui Consilij fructus primis authorib. insstet: ut in uersibus Claudiani indicatur.

a Magna uoluptas est aspicere dantem pœnas, qui nos læsit sine causa, hostem.

39

Βρόχοισι δ' ἀρκύων γνώσεται
ξιφηφόροισι, τοὺς πέλας δοκῶν κτενεῖν
ὁ παγκάκιστος. εἶμι δ' ὡς ἴδω νεκρὸν
πίπτοντ'. [a] ἔχει γὰρ ἡδονὰς θνήσκων ἀνὴρ
ἐχθρὸς, τίνων δὲ τῶν δεδραμένων δίκην.

40 Fortunæ inconstãtia: Hodiè qui erat maximus, cras est nullus.

40

Μεταβολὰ κακῶν.
μέγας ὁ πρόσθ' ἄναξ,
πάλιν ὑποστρέφει
βίοτον ἐς ἀΐδαν.
ἰὼ δίκα, καὶ θεῶν
παλίρρους πότμος.

41 Quæ quisque facit, ea etiam patitur.

b Dij ulciscentes improbos, testantur se esse Deos, & satis habere neruorum & roboris ad frenandos impios.

41

Καὶ γὰρ διώλλυσ᾽· ἀντάποινα δ' ἐκτίνων
τόλμα, διδοὺς γε τῶν δεδραμένων δίκην.
τίς [b] ὁ θεοὺς ἀνομίᾳ χραίνων, θνητὸς ὤν;
ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων
κατέβαλ᾽, ὡς ἄρ᾽ οὐ σθένουσι θεοί.

42 Dij sæpè sinunt grassari impios ad tempus, nec semper statim exaudiunt bonorũ preces contra impios.

c Aurum & felicitas superbos faciunt homines.

42

Θεοὶ θεοὶ τῶν ἀδίκων μέλουσι, καὶ τῶν
ὁσίων ἐπαΐειν.
ὁ [c] χρυσὸς, ἅτ' εὐτυχία
φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται
δύνασιν ἄδικον
ἐφέλκων.

43 Deus ex felici citò potest infelicem facere.

43

Ταχὺ τὸν εὐτυχῆ μετέβαλε δαίμων.

44 De homine prorsus misero.

44

Οὐκ ἂν γ' εἰδείης ἕτερον πολυμοχθότερον,
πολυπλαγκτότερόν τε θνατῶν.

Iouis filius, egregia uerò facta
Magis excellens.

37

Conuenit te moderatè (& si uictor es) agere.

38

Expecta uerò, faciens malè,
Mali aliquid passurum.

39

Laqueis retium capietur
Ensiferis, proximos sperans interfecturum,
Peßimus ille. abeo uerò, ut uideam mortuum
Cadentem. præbet enim uoluptates, cum moritur uir
Hostis, cumq; soluit ob perpetrata pœnam.

40

Commutatio est malorum.
Magnus antea rex,
Iterum deflectet
Vitam ad Plutonem.
Hem iusticiam, & Deorum
Retrofluens fatum.

41

Etiam perdidisti. talionem uerò persoluens
Sustine, dans ob patrata pœnam.
Quis 'nam Deos iniquitate polluens, mortalis existens?
Stultum sermonem contra cœlites beatos
Elocutus est, quòd utiq; nulla potentia prædíti sint dij.

42

Dij ipsi impios cunctantur &
Pios audire.
Sed aurum & felicitas
Ad superbiam homines ducit,
Vim iniquam
Attrahens.

43

Citò felicem commutauit Deus.

44

Non facilè cognoscas alium magis laboriosum,
Et magis errabundum inter mortales,

37 Amphitryonis ad Lycum, accedentē ut interficeret Herculis familiam, ignarus de reditu Herculis.

38 Amphitryonis, de Lyco, quem non procul abesse uidebat ab infortunio.

39 Amphitryonis, iterum de Lyco, mox interficiendo ab Hercule, quē nescierat reuersum ab inferis, sed nūquam reuersurum putabat.

40 Chori senum, de Lyco malè perituro paulo pòst.

41 Chori, de Lyco interfecto ab Hercule, tunc cum id nunquam sperasset.

42 Eiusdem chori, de Lyco interfecto.

43 Chori, de Hercule, qui rabie subita ira Iunonis agitatus, propter abductum in lucē Cerberum, multa dira perpetrat.

44 Amphitryonis, de Hercule prorsus misero, ob interfectam furore uxorem cum liberis.

45 Veri amici in utraque fortuna, læta & aduersa, fidi atq; constantes manent.
46 Fortis uiri est, aduersa magno ferre animo.
47 Nullus amicus affricat alteri amico sua mala, suam calamitatem.
48 De uiro afflictissimo, & summis malis miserè presso.
49 Aduersa patienter ferenda, ne impatientia Deos nostra magis irritemus.
50 Pusillanimitas in aduersis non fortis, sed seruilis est hominis.
[a] Facilè omnes, cũ ualemus, recta consilia ægrotis damus.
51 Maiorum peccata sæpè puniuntur in posteris.
52 Satius est non esse fœlicẽ, quàm ex eo statu in peiorẽ deiici. *πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά*, *ut à* Siculo Epicharmo *dicitur*.
53 Etiam Ethnici pro magnis delictis, parricidijs & similib. magnas metuebant pœnas.
[b] De Ixione, quomodo apud inferos in rota positus, hortetur æterna uoce ad gratitudinem, ipse ingratus Ioui pro hospitio & conuiuio, est apud Pindarum in Pythijs. Eum locum transsumpserunt inde Virgilius cum Ouidio, & alijs quibusdam.
54 Nemo mortalium absolutè felix, ne dij quidẽ in cœlo.
[c] De concubitu Martis cum Venere, uxore Vulcani, extat apud Homerum in Odyssea, lepida narratio.
[d] Saturnus pater Iouis, à Ioue filio in uincula coniectus, deinde in exilium pulsus est: quemadmodũ id meminerunt cùm alij, tum maximè Hesiodus & Cicero cum Macrobio, qui eam fabulam exponunt. Lactantius quoque in libris contra gentes. Græci quoq; , qui idem argumentum tractarunt, Clemens Alexandrinus, Theophilus, Tatianus, & Iustinus.

45

Χάριν δὲ γηράσκουσαν ἐχθαίρω φίλων,
καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅστις ἀπολαύειν θέλει,
συμπλεῖν δὲ τοῖς φίλοισι δυστυχοῦσιν, οὔ.

46

Ὅστις εὐγενὴς βροτῶν,
φέρει τὰ τῶν θεῶν γε πτώματ', οὐδ' ἀναίνεται.

47

Οὐδεὶς ἀλάστωρ τοῖς φίλοις ἐκ τῶν φίλων.

48

Εὗρες δέ γ' ἄλλους ἐν κακοῖσι μείζοσιν;

49

Ἴσχε τὸ στόμ'· ὡς μὴ μέγα λέγων, μεῖζον πάθῃς.

50

Θ. Εἴρηκας ὡς ἐπιτυχόντος ἀνθρώπου λόγους.
Ηρ. [a] σύ γ' ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς, με νουθετεῖς.

51

Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐκγόνους.

52

Κεκλημένον δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ,
αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν. ᾧ δ' αἰεὶ κακῶς
ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενῶν δύστηνος ὤν.

53

Ἐς τοῦτο δ' ἥξειν συμφορᾶς οἴμαι ποτὲ.
φωνὴν γὰρ ἥσει χθὼν ἀπεννέπουσά με
μὴ θιγγάνειν γῆς, καὶ θάλασσα μὴ περᾶν,
πηγαί τε ποταμῶν, καὶ τὸν ἁρματηλάτην
[b] ἰξίον' ἐν δεσμοῖσιν ἐκμιμήσομαι.

54

Οὐδεὶς δὲ θνητῶν ταῖς τύχαις ἀκήρατος,
οὐ θεῶν, ἀοιδῶν εἴπερ οὐ ψευδεῖς λόγοι.
οὐ [c] λέκτρα τ' ἀλλήλοισιν ὧν οὐδεὶς νόμος,
συνῆψαν; οὐ [d] δεσμοῖσι διὰ τυραννίδας
πατέρας ἐκηλίδωσαν; ἀλλ' οἰκοῦσ' ὅμως
ὄλυμπον, ἠνέσχοντό θ' ἡμαρτηκότες.

45
Beneficium enim senescens odi amicorum,
Et bonis quidem qui frui uult:
Vnà uerò nauigare cum amicis infelicibus, non.

45 Thesei, profecti ex Athenis ad Herculem, totum calamitosissimum.

45
Quicunque fortis est mortalium,
Fert deorum casus, neque respuit.

46 Eiusdem ad eundem, ut præsentem calamitatem forti ferat pectore.

47
Nullus malus genius amicis ab amicis.

47 Thesei ad Herculem, cũ nollet Thesea ad se accedere, ne cæde sua inquinaretur.

48
Inuenisti' ne alios in malis maioribus?

48 Herculis, ad Thesea.

49
Contine os, ne superbaloquens maius patiaris.

49 Thesei ad Herculem, ne impatientia impia Deos offendens, eos sibi magis iratos faciat.

50
Th. Dixisti seruilis hominis dictum.
Her. Tu quidem extra existens calamitatem, me mones.

50 Thesei ad Herculem, quẽ rogabat quò prorueret. ubi ipse respondit, ad mortem.

51
Cum enim fundamentum non iactum fuerit generis
Rectè, necesse est infelices esse posteros.

51 Herculis ad Thesea: Mei progenitores mali & impij fuerunt & parricidæ, ergo ipsorũ impietas in me redundat.

52
Dicto enim uiro felici olim,
Permutationes res tristis. cui uerò semper malè
Est, nil dolet, ex consuetudine infelix existens.

52 Herculis ad Thesea, quòd mutata fortuna, ubi non sit qui fuerit, uiuere non possit.

53
Ad hoc uenturum me calamitatis puto olim:
Vocem enim edet tellus, interdicens mihi
Non attingere terram, & mare non transire,
Fontesq; fluminum. & ipsum qui rotatur
Ixionem in uinculis imitabor.

53 Eiusdem ad eundem, de enormibus suis peccatis, ad quæ etiam sol expallescere & terra contremiscere posset.

54
Nullus enim mortalium fortunis illæsus est,
Neque deorum, poetarum si modò non falsa dicta.
An non lectos inter se illegitimè
Violarunt? an non uinculis propter tyrannidem
Patres dehonestarunt? sed habitant tamen
Olympum, & æquo animo tulerunt, cum peccarent.

54 Thesei, consolantis Herculem, ne grauius ferat præsentem calamitatem, cum ne dij quidem in cœlo malorum omnium expertes sint.

καίτοι τί φήσεις, εἰ σὺ μὲν θνητὸς γεγὼς
φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας, θεοὶ δὲ μή;

55 Pulchrum decus est ciuibus, iuuare uirum bonum, auxilio indigentem.

55

Καλὸς γὰρ ἀστοῖς στέφανος ἑλλήνων ὕπο,
ἄνδρ' ἐσθλὸν ὠφελοῦντας, εὐκλείας τυχεῖν.

56 In rebus aduersis maximè opus est amicis.

56

Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν δεῖ φίλων.
ἅλις γὰρ ὁ θεὸς, ὠφελῶν ὅταν θέλῃ.

57 Dijs nulla scelera affingenda sunt, ut faciunt miseri poetæ.

a Deus nullius rei indiget.

57

Εγὼ δὲ τοὺς θεοὺς οὔτε λέκτρ', ἃ μὴ θέμις
στέργειν νομίζω, δεσμά τ' ἐξάπτειν χεροῖν,
οὔτ' ἠξίωσα πώποτ', οὔτε πείσομαι,
οὐδ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι.
a δεῖται γὰρ ὁ θεὸς, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεὸς,
οὐδενός, ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι.

58 Correctio est consilij, de consciscenda sibi morte, quòd uiri timidi sit in malis adeò superari, ut etiam de morte consilium ineat: cum uiri fortis sit, constantia & fortitudine uincere quæcunque aduersa.

b Hercules in uita nunquã lachrymauit, quamuis ἀγαθοὶ ἀριδάκρυες ἄνδρες, ut est apud Homerum.

c Fortunæ seruiendum.

58

Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται,
οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποστῆναι βέλος.

59

Ατὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην,
ὧν οὔτ' ἀπεῖπον οὐδὲν, οὔτ' b ἀπ' ὀμμάτων
ἔσταξα πηγὰς, οὐδ' ἂν ᾠόμην ποτὲ
εἰς τοῦθ' ἱκέσθαι, δάκρυ' ἀπ' ὀμμάτων βαλεῖν.
c νῦν δ', ὡς ἔοικε, τῇ τύχῃ δουλευτέον.

60 Etiam fortes debilitant mala & aduersa.

60

Καὶ τοὺς σθένοντας γὰρ καθαιροῦσι τύχαι.

61 Homini sæpè multa accidunt præter expectationem.

61

Ως εἰς τὸ λῆμα παντὸς ἦν ἥσσων ἀνήρ.

62 Amici fidi & constantes, omnibus opibus & potentiæ præferendi.

62

Οστις δὲ πλοῦτον, ἢ σθένος μᾶλλον φίλων
ἀγαθῶν πεπᾶσθαι βούλεται, κακῶς φρονεῖ.

Τέλος.

Sanè quid dices, ſi tu quidem mortalis exiſtens
Fers grauiter fortunas, dij uerò non?

55

Pulchrum enim ciuibus decus à Græcis,
Virum fortem dum adiuuant, conſequi gloriam.

56

Dijs enim, cum colunt, nihil opus eſt amicis.
Satis enim ipſe Deus, qui iuuat, cum uult.

57

Ego enim Deos non lectos illicitos
Amare puto, uinculáq; annectere manibus:
Neque dignum putaui unquam, neque credam,
Neque alterum alterius dominum eſſe.
Opus enim habet Deus, ſi modò eſt reuera Deus,
Nullius. Poetarum hi ſunt miſeri ſermones.

58

Calamitatibus enim quicunq; non obſiſtit,
Neque uiri poteſt ſuſtinere telum.

59

Sedenim labores infinitos guſtaui,
Quorum nihil omnino detrectaui, neque ab oculis
Stillaui fontes: neque credidiſſem unquam
Eò uenturum, lachrymas ab oculis ut eijcerem.
Nunc autem, ut apparet, fortunæ ſeruiendum eſt.

60

Etiam fortes debilitant fortunæ.

61

Certè contra propoſitum quauis re uincitur homo.

62

Quicunq; diuitias, aut potentiam potius quàm amicos
Bonos poſsidere cupit, malè ſentit.

FINIS.

55 Theſei, inuitantis Herculem, ut ad ſe proficiſcatur Athenas, ubi ipſi pollicetur bonorum ſuorũ dimidiatam partem: præterea etiam ipſi promittit, quòd poſt obitum tota Attica pro deo colere debeat.

56 Eiuſdem: Cuperem tibi cõtrà aliquid benefacere, nũc cum indiges: propterea quòd me uinctum ab inferis reduxiſti in uitam.

57 Herculis, refutantis uerba Theſei, quibus cum Herculem erigere uoluit, quòd etiã dij in cœlo ſint parricidæ.

58 Eiuſdem, quòd mortem ſibi conſciſcere decreuerit.

59 Herculis, qui deuenerat ad extrema mala, ad lachrymas, quas in omni uita, quamuis multa tuliſſet, tamen nunquam effuderat.

60 Theſei, de Herculis calamitate, qua confectus etiã progredi amplius nequibat.

61 Amphitryonis, de Hercule expugnato magnitudine malorum.

62 Herculis, de Theſeo, quẽ amicum conſtantem habet etiam in ultimis ſuis aduerſis: quod rarum eſt admodum.

ARGVMENTVM TRAGOEDIAE
Euripidis, quæ inscribitur Heraclidæ.

Iolaus, constans & fidus amicus & comes Herculis. *Eurystheus, mortuo Hercule, de instinctu Iunonis, eius liberos ex omni terra persequitur.* *Iolaus cum Heraclidis fit supplex Atheniensibus.* *Demophoō rex Atheniensium, tutatur Herculis familiam, cōtra uim Eurysthei.* *Præco minitatur bellum Atheniensibus, nomine Eurysthei.* *Oracula respondent, mactandā esse puellam nobilem pro assequēda uictoria.* *Macaria filia Herculis sponte se offert ad mortem, pro salute suorum & Atheniensium.* *Athenienses uincunt Eurysthea.* *Eurystheus captus, uiuus ad Alcmenē matrem Herculis à sene Iolao adducitur.*

Ne uerò id quod facilimum est facere uidear, ut in reprehensione aliorum nihil ipse meum proferam: de hac ipsa facere uerba conabor, prætermissis omnibus ijs quæ cæteri dixerunt. Orationis autem exordium à primordio generis ipsius ducam. Nam cum semidei plurimi à Ioue procreati sint, solius huius mulieris pater uocari uoluit: & quamuis Alcmenæ filium maximi fecerit, tanto plus tamen honoris Helenæ habuit, ut illi robur dederit, quod ui cæteros omnes uincere potest: huic pulchritudinem attribuerit, quæ ipsi robori solet imperare. Quia uerò non quiete & ocio, sed bellis & periculis splendorem atque excellentiam contingere sciebat: nec eorum corpora tantum immortalitate donare, sed etiam perpetuitate nominis ornare decreuerat: alterius uitam laboribus & periculis plurimis obnoxiam esse uoluit, alterius naturã illustrem & expetendam reddidit. Ac primũ Theseus Aegei uerbo, re ipsa Neptuni filius, uisa ea, dum quidem immatura esset adhuc, sed alijs forma præstaret: usque adeò pulchritndine eius superatus est, is qui alios uincere solebat, ut cum patriam haberet amplißimam, & regnum tutißimum, in illis ipsis bonis uitam sibi acerbam fore putaret, nisi eam

Docilitas.

Sola mulierũ Helena Ioue nata. Cóparatio cum Hercule, & formæ cũ robore.

Procorum excellentia, & lõga de Thesei rebus gestis digressio, multas exaggerationes continens.

ἡ α. ἁρπαγή.

ἄνευ τῆς πρὸς ἐκείνην οἰκειότητος· ἐπειδὴ παρὰ τῶν κυρίων οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτὴν λαβεῖν, ἀλλ' ἀνέμενον τήν τε τῆς παιδὸς ἡλικίαν, καὶ τὸν χρησμὸν τὸν παρὰ τῆς πυθίας· ὑπεριδὼν τὴν ἀρχὴν τὴν τυνδάρεω, καὶ καταφρονήσας τῆς ῥώμης τῆς κάστορος καὶ πολυδεύκους, καὶ πάντων τῶν ἐν λακεδαίμονι δεινῶν ὀλιγωρήσας, βίᾳ λαβὼν

θησέως πειρίθῳ συγκατάβασις εἰς ᾅδου.

αὐτὴν, εἰς ἄφιδναν τῆς ἀττικῆς ἐκόμισε. καὶ τοσαύτην χάριν ἔχε πειρίθῳ τῷ μετασχόντι τῆς ἁρπαγῆς, ὥστε βουληθέντος αὐτοῦ μνηστεῦσαι κόρην τὴν διὸς καὶ δήμητρος, καὶ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν, ἐπειδὴ συμβουλεύων οὐχ οἷός τ' ἦν ἀποτρέπειν, προδήλου τῆς συμφορᾶς οὔσης, ὅμως αὐτῷ συνηκολούθησε· νομίζων ὀφείλειν τοῦτον τὸν ἔρανον, μηδενὸς ἀποστῆναι τῶν ὑπὸ πειρίθου προσταττομένων, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος αὐτῷ συνεκινδύνευσεν.

προκαταληπτικὴ τοῦ θησέως ἀρετῆς αὔξησις κατὰ σύγκρισιν.

Εἰ μὲν οὖν ὁ ταῦτα πράξας εἷς ἦν τῶν τυχόντων, ἀλλὰ μὴ τῶν πολὺ διενεγκόντων, οὐκ ἂν πω δῆλος ἦν ὁ λόγος, πότερον ἑλένης ἔπαινος, ἢ κατηγορία θησέως ἐστί· νῦν δὲ τῶν μὲν ἄλλων τῶν εὐδοκιμησάντων, εὑρήσομεν τὸν μὲν ἀνδρίας, τὸν δὲ σοφίας, τὸν δ' ἄλλου
,, τινὸς τῶν τοιούτων μερῶν ἀπεστερημένον· τοῦτον δὲ μόνον οὐδενὸς ἐν-
,, δεᾶ γενόμενον, ἀλλὰ παντελῆ τὴν ἀρετὴν κτησάμενον. δοκεῖ δέ μοι περὶ αὐτοῦ, καὶ διὰ μακροτέρων εἰπεῖν. ἡγοῦμαι γὰρ ταύτην μεγίστην εἶναι πίστιν τοῖς βουλομένοις ἑλένην ἐπαινεῖν, ἢν ἐπιδείξωμεν τοὺς ἀγαπήσαντας, καὶ θαυμάσαντας ἐκείνην, αὐτοὺς τῶν ἄλλων
,, θαυμαστοτέρους ὄντας. ὅσα μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῶν γέγονεν, εἰκότως ἂν ταῖς
,, δόξαις ταῖς ἡμετέραις αὐτῶν διακρίνοιμεν· περὶ δὲ τῶν οὕτω παλαι-
, ῶν, προσήκει τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον εὖ φρονήσασιν ὁμονοοῦν-
,, τας ἡμᾶς φαίνεσθαι. κάλλιστον μὲν οὖν περὶ θησέως τοῦτ' εἰπεῖν ἔχω, ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἡρακλεῖ γενόμενος, ἐφάμιλλον τὴν

θησεὺς ἡρακλεῖ ἐφάμιλλος.

ἑαυτοῦ δόξαν πρὸς τὴν ἐκείνου κατέστησεν. οὐ γὰρ μόνον τοῖς ὅπλοις ἐκοσμήσαντο παραπλησίως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς, πρέποντα τῇ συγγενείᾳ ποιοῦντες. ἐξ ἀδελφῶν δὲ γεγονότες, ὁ μὲν ἐκ διός, ὁ δὲ ἐκ ποσειδῶνος, ἀδελφὰς καὶ τὰς

τὰ θησέως ἔργα τῶν ἡρακλέους προτιμᾶ.

ἐπιθυμίας ἔσχον. μόνοι γὰρ οὗτοι τῶν προγεγενημένων ὑπὲρ τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων ἀθληταὶ κατέστησαν. συνέβη δὲ τὸν μὲν ὀνομαστοτέρους καὶ μείζους, τὸν δὲ ὠφελιμωτέρους καὶ τοῖς ἕλλησιν οἰκειοτέρους ποιήσασθαι τοὺς κινδύνους. τῷ μὲν γὰρ εὐρυσθεὺς προσέταττε, τάς τε βοῦς τὰς ἐξ ἐρυθείας ἀγαγεῖν, καὶ τὰ μῆλα τὰ τῶν ἑσπερίδων ἐνεγκεῖν, καὶ τὸν κέρβερον ἀναγαγεῖν, καὶ τοιούτους πόνους ἄλλους, ἐξ ὧν ἤ-
,, μελλεν οὐ τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν, ἀλλ' αὐτὸς κινδυνεύσειν. ὁ δ' αὐτὸς
,, αὑτοῦ κύριος ὤν, τούτους προῃρεῖτο τῶν ἀγώνων, ἐξ ὧν ἔμελλεν ἢ τῶν ἑλλήνων,

nisi eam coniunctam haberet. Postquam autem eorum uoluntate, quibus illa parebat, ea potiri non potuit (nam illi & ætatem puellæ, & oraculum Delphicum expectabant) spreto Tyndarei regno, & Castoris Pollucisq; uiribus, & periculis omnibus quæ à Lacedæmonijs imminebant, Aphidnam Atticæ oppidum ui raptam pertulit: tantoq; se Pirithoi beneficio, qui eius rapiendæ socius fuerat, affectum esse putauit, ut instituente illo ambire Proserpinam Iouis & Cereris filiam, eumq; ut secum descenderet ad inferos, aduocante: postquam dehortando & dissuadendo nihil profecit, quanquam in conspectu erat calamitas, tamen eum comitatus sit: existimans hanc mercedem eius deberi meritis, & susceptæ unà periculi societati, ne ulla Pirithoi iussa detrectaret.

Primus raptus.

Thesei cum Pirithoo descẽsus ad inferos.

Quòd si is qui hæc egit, uulgaris aliquis fuisset, & non uir excellentissimus: nondum constaret, utrum hæc oratio laus Helenæ, an Thesei potius esset accusatio. Nunc inter cæteros illustres uiros, alium fortitudinis, alium sapientiæ laude, alios alijs huiusmodi uirtutibus caruisse reperias: huic uerò soli defuisse nihil, sed uirtutem numeris omnibus absolutam contigisse. Lubet autem de eo dicere prolixius. Nam laudatores Helenæ, hoc argumento maximam sibi fidem conciliaturos existimo, si ostenderint amatores, & admiratores eius, ipsos alijs admirabiliores extitisse. Nam quæ nostra ætate facta sunt, de ijs haud iniuria nostrum iudicium interponimus: sed in rebus ita remotis à nostra memoria, par nos est illorum temporum prudentibus uiris assentiri. Ac pulcherrimum de Theseo dicere illud habeo, quod Herculis temporibus natus, ita se gessit, ut pari cum eo gloria floreret. Nec enim simili armorũ genere duntaxat sese ornarunt, sed eadem quoque studio habuerunt, ut decebat eorum necessitudinem. E' fratribus enim geniti, alter Ioue, Neptuno alter, fraternas etiam cupiditates habuerunt. Nam hi soli ex omni memoria, pro defensione humani generis, ut pugiles, semper uelut in procinctu steterunt. Sic autem contigit, ut alter celebriora & maiora, alter utiliora & coniunctiora Græcis certamina subiret. Nam illi Eurystheus imperabat, ut boues ex Erythea abigeret, ut mala Hesperidum afferret, ut Cerberum adduceret, & alios eius generis labores susciperet, quibus nihil alijs profuturus, sed ipse in pericula uenturus erat. Hic uerò, cum sui iuris esset, ea certamina delegit, quibus uel Græ-

Occupatio, qua Thesei uirtus collatione exaggeratur.

Theseus Herculis æmulus.

Facta Thesei rebus ab Hercule gestis anponit.

ταῦρος μαραθώνιος.

Ἑλλήνων, ἢ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος εὐεργέτης νομισθήσεσθαι. καὶ τόν τε ταῦρον τὸν ἀνεθέντα μὲν ὑπὸ Ποσειδῶνος, τὴν δὲ χώραν λυμαινόμενον, ὃν πάντες οὐκ ἐτόλμων ὑπομένειν, μόνος χειρωσάμενος, μεγάλου φόβου καὶ μεγάλης ἀπορίας πάντας τοὺς οἰκοῦντας τὴν πόλιν ἀπήλλαξε. καὶ μετὰ ταῦτα Λαπίθαις σύμμαχος γενόμενος, καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ Κενταύρους τοὺς διφυεῖς, οἳ καὶ τάχει καὶ ῥώμῃ καὶ τόλμῃ διενεγκόντες, τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δὲ ἔμελλον, ταῖς δ' ἠπείλουν τῶν πόλεων· τούτους μάχῃ νικήσας, εὐθὺς μὲν αὐτῶν τὴν ὕβριν ἔπαυσεν, οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τὸ γένος ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισε.

κένταυροι.

περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τὸ τέρας τὸ τραφὲν μὲν ἐν Κρήτῃ, γενόμενον δὲ ἐκ Πασιφάης τῆς Ἡλίου θυγατρὸς, ᾧ κατὰ μαντείαν δασμὸν τῆς πόλεως δὶς ἑπτὰ παῖδας ἀποστελλούσης, ἰδὼν αὐτοὺς ἀγομένους, καὶ πανδημεὶ προπεμπομένους ἐπὶ θάνατον ἄνομον, καὶ προὖπτον καὶ προπενθουμένους ἔτι ζῶντας, οὕτως ἠγανάκτησεν, ὥσθ' ἡγήσατο κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς ἄρχων τῆς πόλεως τῆς οὕτως οἰκτρὸν τοῖς ἐχθροῖς, φόρον ὑποτελεῖν ἠναγκασμένης. σύμπλους δὲ γενόμενος, καὶ κρατήσας φύσεως ἐξ ἀνδρὸς μὲν καὶ ταύρου μεμιγμένης, τὴν δὲ ἰσχὺν ἐχούσης οἵαν προσήκει τὴν ἐκ σωμάτων τοιούτων συγκειμένην, τοὺς μὲν παῖδας διασώσας τοῖς γονεῦσιν ἀπέδωκεν, τὴν δὲ πόλιν οὕτως ἀνόμου καὶ δεινοῦ καὶ δυσαπαλλάκτου προστάγματος ἠλευθέρωσεν.

μινόταυρος.

Διαπόρησις προκαταληπτική τε καὶ παραλειπτικὴ προσοχὴν ἀνακαινίζουσα.

ἀπορῶ δὲ, ὅ, τι χρήσωμαι τοῖς ἐπιλοίποις. ἐπιστὰς γὰρ ἐπὶ τὰ Θησέως ἔργα, καὶ λέγειν ἀρξάμενος περὶ αὐτῶν, ὀκνῶ μὲν μεταξὺ παύσασθαι καὶ παραλιπεῖν τὴν Σκείρωνος, καὶ Κερκύονος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων παρανομίαν, πρὸς οὓς ἀνταγωνιστὴς γενόμενος ἐκεῖνος, πολλῶν καὶ μεγάλων συμφορῶν τοὺς Ἕλληνας ἀπήλλαξεν. αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῶν καιρῶν, καὶ δέδοικα μή τισι δόξω περὶ τούτου μᾶλλον σπουδάζειν, ἢ περὶ ἧς τὴν ἀρχὴν ὑπεθέμην. ἐξ ἀμφοτέρων οὖν τούτων αἱροῦμαι τὰ μὲν πλεῖστα παραλιπεῖν, διὰ τοὺς δυσκόλως ἀκροωμένους. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα διελθεῖν, ἵνα τὰ μὲν ἐκείνοις, τὰ δ' ἐμαυτῷ χαρίσωμαι, καὶ μὴ παντάπασιν ἡττηθῶ τῶν εἰθισμένων φθονεῖν, καὶ τοῖς λεγομένοις ἅπασιν ἐπιτιμᾶν. τὴν μὲν οὖν ἀνδρείαν ἐν τούτοις ἐπεδείξατο τοῖς ἔργοις, ἐν οἷς αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἐκινδύνευσε· τὴν δ' ἐπιστήμην ἣν εἶχε πρὸς τὸν πόλεμον ἐν ταῖς μάχαις, ἐν αἷς μεθ' ὅλης τῆς πόλεως ἠγωνίζετο· τὴν δ' εὐσέβειαν τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς, ἔν τε ταῖς Ἀδράστου καὶ ταῖς τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους ἱκετείαις.

μετάβασις ἐπὶ τὰς θησέως πολέμους.

τοὺς μὲν γὰρ μάχῃ νικήσας, Πελοποννησίους διέσωσε. τοὺς δὲ ὑπὸ τὴν Καδμείαν τελευτήσαντας, βίᾳ Θηβαίων θάψαι παρέδωκε. τὴν δ' ἄλλην ἀρετὴν καὶ τὴν σωφροσύνην ἔν τε τοῖς προειρημένοις,

ciam, uel patriam suam beneficijs sibi obligaret. Proinde cum taurum à Neptuno immissum, qui Atticam uastabat, timidè refugientibus alijs omnibus, solus domuit, magnoq; metu & magna omnes urbis incolas inopia liberauit: tum Lapithis pòst auxiliatus, expeditione contra Centauros bimembres, & celeritate & uirib. & audacia præstantes suscepta, qui urbes alias uastarant, alijs imminebant, alijs minitabantur: his prælio uictis, mox eorum ferociæ modum statuit, neq; multo pòst genus eorum prorsus deleuit. Circa eadem tempora cum monstrum illud in Creta educatum, atque ex Pasiphae Solis filia natum extitisset, cui tributi nomine nostra urbs bis septenos pueros ex oraculo mittebat, cum uideret eos duci, toto populo comitante, ad necem indignam, certum' que interitum, & uiuentes adhuc lugeri pro mortuis: tanta indignatione exarsit, ut potius esse duxerit emori, quàm uiuere turpiter, si ipse princeps urbis, eam cogi pateretur, ad tam miserabile tributum hostibus pendendum. Conscenso igitur unà cum illis nauigio, & ea natura superata, quæ quidem à uiro & tauro conflata erat, tanto autem robore pollebat, quanto par est eam quæ talibus corporibus constat: non pueros solum parentibus incolumes restituit, sed etiam urbem tam iniusto, tam acerbo & ineuitabili edicto liberauit. Equidem sum animi dubius, quid consilij de reliquis capiam. Postquam enim ad Thesei facinora perueni, de' que illis dicere cœpi, uereor ut deceat, in medio ueluti cursu oratione abrupta, Scironis & Cercyonis, aliorumq; eius generis immanitatem prætermittere: quibus ille fortiter superatis, multarum & magnarum calamitatum Græcis remedium attulit. Sed me excedere modum, ac prouidendum esse uideo, ne qui me putent de hoc laborare magis, quàm de ea propter quam hæc instituta fuit oratio. Quæ utraque cum ita se habeant, plurima transire silentio statui, propter morosos auditores, ac cætera quàm breuissimè licuerit percurrere: ut partim illis, partim mihi ipsi gratificer: neq; prorsus illis cedam, qui inuidere, atque omnia quæ dicuntur cauillari consueuerunt. Fortitudinis igitur suæ specimen in his facinorib. edidit, quib. ipse solus pugnauit: rei militaris aũt scientiã in prælijs ostendit, quæ totius ciuitatis copijs munitus fecit: pietatẽ porrò ergà Deos immortales, in Adrasti et liberorũ Herculis supplicationibus. Nã hos, prælio uictis Peloponensib. seruauit: illi, eos qui sub Cadmea ceciderãt, Thebanis inuitis, sepeliendos tradidit. cæteras uerò uirtutes et moderationẽ cùm in his q̃ diximus,

Taurus Marathonius.

Centauri.

Minotaurus.

Occupatio per dubitationem & præteritionem, attentionem renouans.

Transitus ad bella Thesei.

Δημοκρατίας ἡ κατάστασις πρὸς τυραννίδα ἀντιπαραβαλλομένης.

καὶ μάλιστα ἐν οἷς τὴν πόλιν διῴκησεν. ὁρῶν γὰρ τοὺς βίᾳ τῶν πολιτῶν ἄρχειν ζητοῦντας, ἑτέροις δουλεύοντας, καὶ τοὺς ἐπικινδύνως τὸν βίον τοῖς ἄλλοις καθιστάντας, αὐτοὺς περιδεῶς ζῶντας, καὶ πολεμεῖν ἀναγκαζομένους, μετὰ μὲν τῆς πόλεως πρὸς τοὺς ἐπιστρατευομένους, μετ᾽ ἄλλων δέ τινων πρὸς τοὺς συμπολιτευομένους, ἔτι δὲ συλῶντας μὲν τὰ τῶν θεῶν, ἀποκτείνοντας δὲ τοὺς βελτίστους τῶν πολιτῶν, ἀπιστοῦντας δὲ τοῖς οἰκειοτάτοις, οὐδὲν δὲ εὐθυμότερον ζῶντας τῶν ἐπὶ θανάτῳ συνειλημμένων, ἀλλὰ τὰ ἔξω ζηλουμένους, αὐτοὺς δὲ παρ᾽ ›› αὐτοῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων λυπουμένους (τί γάρ ἐστιν ἄλγιον, ἢ ζῆν ἀεὶ ›› δεδιότα, μή τις αὐτὸν τῶν παρεστώτων ἀποκτείνῃ· καὶ μηδὲν ἧττον φοβού›› μενον τοὺς φυλάττοντας, ἢ τοὺς ἐπιβουλεύοντας;) τούτων ἁπάντων κα›› ταφρονήσας, καὶ νομίσας οὐκ ἄρχοντας, ἀλλὰ νοσήματα τῶν πόλεων ›› εἶναι τοὺς τοιούτους, ἀπέδειξεν ὅτι ῥᾷόν ἐστιν ἅμα τυραννεῖν, καὶ μηδὲν ›› χεῖρον διακεῖσθαι τῶν ἐξ ἴσου πολιτευομένων. καὶ πρῶτον μὲν τὴν πό-

συνοικισμὸς Ἀθηναίων.

λιν σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκοῦσαν εἰς ταὐτὸν συναγαγὼν, τηλικαύτην ἐποίησεν, ὥστ᾽ ἔτι καὶ νῦν ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ χρόνου μεγίστην τῶν

ἰσοτιμία.

Ἑλληνίδων εἶναι. μετὰ δὲ ταῦτα, κοινὴν τὴν πατρίδα καταστήσας, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πολιτευομένων ἐλευθερώσας, ἐξ ἴσου τὴν ἅμιλλαν αὐτοῖς περὶ τὴν ἀρχὴν ἐποίησε· πιστεύων μὲν ὁμοίως αὐτῶν προέ›› ξειν ἀσκούντων, ὥσπερ ἀμελούντων. εἰδὼς δὲ τὰς τιμὰς ἡδίους οὔσας ›› τὰς παρὰ τῶν μέγα φρονούντων, ἢ τὰς παρὰ τῶν δουλευόντων, τοσοῦτον ἐδέησεν ἀκόντων τι ποιεῖν τῶν πολιτῶν, ὥσθ᾽ ὁ μὲν τὸν δῆμον καθίστη κύριον τῆς πολιτείας, οἱ δὲ μόνον αὐτὸν ἄρχειν ἠξίουν, ἡγούμενοι πι-

συναθροισμός.

στοτέραν καὶ κοινοτέραν εἶναι τὴν ἐκείνου μοναρχίαν, τῆς αὑτῶν δημοκρα›› τίας. οὐ γὰρ ὥσπερ ἕτεροι τοὺς μὲν πόνους ἄλλοις προσέταττε, τῶν δ᾽ ›› ἡδονῶν αὐτὸς μόνος ἀπέλαυεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν κινδύνους ἰδίους ἐποιεῖ›› το, τὰς δ᾽ ὠφελείας ἅπασιν εἰς τὸ κοινὸν ἀπεδίδου· καὶ γάρ τοι διε›› τέλεσε τὸν βίον οὐκ ἐπιβουλευόμενος, ἀλλ᾽ ἀγαπώμενος· οὐδ᾽ ἐπακτῷ ›› δυνάμει τὴν ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ ›› δορυφορούμενος. τῇ μὲν ἐξουσίᾳ τυραννῶν, ταῖς δ᾽ εὐεργεσίαις δημαγωγῶν. οὕτω γὰρ νομίμως καὶ καλῶς διῴκει τὴν πόλιν, ὥστ᾽ ἔτι καὶ νῦν ἴχνος τῆς ἐκείνου πρᾳότητος, ἐν τοῖς ἤθεσιν ἡμῶν καταλελεῖφθαι.

Ἐπάνοδος ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ἐφαρμογὴ τοῦ Θησέως τῇ Ἑλένῃ.

Τὴν δὴ γεννηθεῖσαν μὲν ὑπὸ Διὸς, κρατήσασαν δὲ τοιαύτης ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης, πῶς οὐκ ἐπαινεῖν χρὴ καὶ τιμᾶν, καὶ νομίζειν πολὺ τῶν πώποτε γενομένων διενεγκεῖν; οὐ γὰρ δὴ μάρτυρά γε πιστότερον, οὐδὲ κριτὴν ἱκανώτερον ἕξομεν ἐπαγαγέσθαι, περὶ τῶν Ἑλένῃ προσόντων ἀγαθῶν, τῆς Θησέως διανοίας. ἵνα δὲ μὴ δοκῶ περὶ τὸν αὐτὸν τόπον δι᾽ ἀπορίαν διατρίβειν, μηδ᾽

ἀνδρὸς

tum in urbis administrandæ ratione. Cum enim animaduerteret, eos qui ciuibus per uim imperare studerent, seruire alijs: & qui cæteris uitam periculosam redderent, ipsos metu perterritos uiuere, cogiq; bella gerere, ciuibus quidem adiutoribus contra hostes, copijs uerò aliundè paratis contra ciues: præterea spoliare templa Deorum, & optimos quosque ciues interficere, & diffidere coniunctißimis, & nihilo uiuere tranquillius, quàm eos qui in uincula coniecti, iudicium capitis subituri sunt: sed cum foris felices appareant, ipsos apud sese pluribus quàm alios molestijs confici (quid enim acerbius est, quàm in perpetuo uiuere metu, ne à proximo quoque iuguleris: & custodes non minus formidare, quàm insidiatores?) His igitur omnibus cõtemptis, cum id genus hominum non esse principes, sed pestes ciuitatum existimaret: facilius esse demonstrauit, simul & imperare, & nihilo deteriore esse conditione, quàm eos qui pari iure cũ cæteris ciuib. acquiescunt. Ac primùm ciuitatẽ, quæ prius sparsim & uicatim habitabat, in unum locum congregatam, tantam effecit, ut etiam nunc ex eo tempore Græcarum urbium amplißima sit. Deinde patriam communem omnibus constituit: & liberatis ciuium animis, in contentione honorum parem aditum ad magistratus omnibus esse uoluit. Confidebat enim se non minus fore principem, si sese exercerent, quam si torperent ignauia. Cum autem sciret, eos honores qui à uiris magnanimis deferrentur, longè suauiores esse, quàm eos qui à seruitute oppresßis haberentur: tantum abfuit ut quicquam ciuibus inuitis ageret, ut & ipse summam rerum penes populum esse uellet, & illi ei soli principatum deferrent: existimantes eius monarchiam fideliorem & æquiorem fore sua democratia. Non enim, quod alij solent, labores ciuibus mandabat, uoluptates solus ipse capiebat: sed pericula sibi seorsim uendicabat, utilitates communes esse omnibus uolebat. Quare uitam & sine ullis insidijs, & summa omnium caritate peregit: non peregrino milite imperium muniens, sed beneuolentia ciuium se tuens: potestate rex, beneficijs popularis. Tanta enim æquitate, tam præclarè urbem administrauit, ut etiam hodie quoddam eius mansuetudinis uestigium, in nostris institutis reliquum, animaduertatur.

Democratiæ constitutio cũ tyrrannide cõparatæ.

Atheniensium coniunctio.

Par ius honorum.

Congeries.

Eam igitur quæ & Ioue nata, & tantæ uirtuti ac modestiæ dominata est, non'ne laudari decet, ac honorari, longeq; omnibus omnium temporum hominibus anteferri? Nec enim testem fide digniorem, neque iudicem magis idoneum bonorum, quibus Helena prædita fuit, quàm Thesei mentẽ adducere poterimus. Ne uerò ex inopia in hoc loco immorari, aut

Reditus ad causam, & Thesei ad Helenã applicatio.

ἀνδρὸς ἑνὸς δόξῃ καταχρώμενος ἐπαινεῖν αὐτήν, βούλομαι καὶ περὶ τῶν ἐχομένων διελθεῖν. μετὰ γὰρ τὴν θησέως εἰς ἅδου κατάβασιν, ἐπανελθούσης αὐτῆς εἰς λακεδαίμονα, καὶ πρὸς τὸ μνηστεύεσθαι λαβούσης ἡλικίαν, ἅπαντες οἱ τότε βασιλεύοντες καὶ δυναστεύοντες ἐν ταῖς πόλεσι, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχον περὶ αὐτῆς. ἐξὸν γὰρ αὐτοῖς λαμβάνειν ἐν ταῖς αὑτῶν πόλεσι γυναῖκας τὰς πρωτευούσας, ὑπεριδόντες τοὺς οἴκοι γάμους, ἦλθον ὡς ἐκείνην μνηστεύσοντες. οὔπω δὲ κεκριμένου τοῦ μέλλοντος αὐτῇ συνοικεῖν, ἀλλ' ἔτι κοινῆς τῆς τύχης οὔσης, οὕτω πρόδηλος ἦν ἅπασιν ἀνθρώποις ἐσομένη περιμάχητος, ὥστε συνελθόντες πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις, ἢ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις ἀποστεροίη τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτήν· νομίζων ἕκαστος ταύτην τὴν ἐπικουρίαν ἑαυτῷ παρασκευάζειν. Τῆς μὲν οὖν ἰδίας ἐλπίδος, πλὴν ἑνὸς ἀνδρός, ἅπαντες ἐψεύσθησαν· τῆς δὲ κοινῆς δόξης ἣν ἔσχον περὶ ἐκείνης, οὐδεὶς αὐτῶν διήμαρτεν. οὐ πολλοῦ γὰρ χρόνου διελθόντος, καὶ γενομένης ἐν θεαῖς περὶ κάλλους ἔριδος, ἧς ἀλέξανδρος ὁ πριάμου κατέστη κριτής, καὶ διδούσης ἥρας μὲν ἁπάσης αὐτῷ βασιλείαν τῆς ἀσίας, ἀθηνᾶς δὲ κρατεῖν ἐν πολέμοις, ἀφροδίτης δὲ τὸν γάμον τὸν ἑλένης, τῶν μὲν σωμάτων οὐ δυνηθεὶς λαβεῖν διάγνωσιν, ἀλλ' ἡττηθεὶς τῆς τῶν θεῶν ὄψεως, τῶν δὲ δωρεῶν ἀναγκασθεὶς γενέσθαι κριτής, εἵλετο τὴν οἰκειότητα τῆς ἑλένης ἀντὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· οὐ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποβλέψας, καί τοι τοῦτο τοῖς εὖ φρονοῦσι πολλῶν αἱρετώτερόν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐπὶ τοῦθ' ὥρμησεν, ἀλλ' ἐπεθύμησε διὸς γενέσθαι καὶ κληθῆναι κηδεστής· νομίζων πολὺ μείζω καὶ καλλίω ταύτην εἶναι τὴν τιμήν, ἢ τὴν τῆς ἀσίας βασιλείαν· καὶ μεγάλας μὲν ἀρχὰς καὶ δυναστείας καὶ φαύλοις ἀνθρώποις ποτὲ παραγενήσεσθαι, τοιαύτης δὲ γυναικὸς οὐδένα τῶν ἐπιγινομένων ἀξιωθήσεσθαι. πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲν ἂν κάλλιον κτῆμα καταλιπεῖν τοῖς παισίν, ἢ παρασκευάσας αὐτοῖς, ὅπως καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς ἀπὸ διὸς ἔσονται γεγονότες. ἠπίστατο, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας εὐτυχίας, ταχέως μεταπιπτούσας· τὴν δὲ εὐγένειαν, ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς παραμένουσαν. ὥστε ταύτην μὲν τὴν αἵρεσιν ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ γένους ἔσεσθαι, τὰς δ' ἑτέρας δωρεὰς ὑπὲρ τοῦ χρόνου μόνου τοῦ καθ' ἑαυτόν. τῶν μὲν οὖν εὖ φρονούντων οὐδεὶς ἂν τοῖς λογισμοῖς τούτοις ἐπιτιμήσειεν. τῶν δὲ μὴ πρὸ τοῦ πράγματος ἐνθυμουμένων, ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον μόνον σκοπούντων, ἤδη τινὲς ἐλοιδόρησαν αὐτόν, ὧν τὴν ἄνοιαν, ἐξ ὧν ἐβλασφήμησαν περὶ ἐκείνου, ῥᾴδιον ἅπασι καταμαθεῖν. πῶς γὰρ οὐ καταγελαστότατον πεπόνθασιν, εἰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἱκανωτέραν εἶναι νομίζουσι, τῆς ὑπὸ τῶν θεῶν προκριθείσης; οὐ γὰρ δὴ περὶ ὧν εἰς τοσαύτην φιλονεικίαν κατέστησαν, τὸν τυχόντα διαγνῶναι κύριον ἐποίησαν· ἀλλὰ δῆλον ὅτι τοσαύτην ἔχον σπουδήν,

πάντες βασιλεῖς μνηστῆρες ἑλένης.

ἡ β. ἁρπαγὴ, καὶ παρέκβασις ὑπεραπολογουμένη τῆς ἀλεξάνδρου κρίσεως.

ἀποδοχὴ τῆς ἀλεξάνδρου κρίσεως, κατὰ σύγκρισιν τῶν ἀγαθῶν.

,,

,,

εὐγένεια.

,,

ἀνασκευὴ τῶν κατ' ἀλεξάνδρου βλασφημιῶν.

κυριωτέρα θεία κρίσις τῆς ἀνθρωπίνης.

uiri unius ad eam laudandam abuti gloria uidear, ea quæ restant explicabo. Nam cum post Thesei descensum ad inferos, Lacedæmonem reuersa iam nubilis esset, uniuersi reges illius temporis, & principes urbium, idem quod Theseus de ea senserunt. Etsi enim potestas ei dabatur, primarias è suis urbibus mulieres deligendi: spretis tamen domesticis nuptijs, ad eam profecti sunt, ambiendi gratia. Cum uerò nondum esset exploratum, communi adhuc fortuna, quis' nam eius nuptias obtineret: adeò tamẽ nemo erat qui uocaret in dubium, quin armis de ea dimicandum foret, ut congreßi fidem mutuò dederint, se omnino adiuturos eum qui connubio illius potiretur, si quis eam per uim abduxisset. Putabat enim quisq; se sibi præsidium illud parare.

Omnes reges Helenæ proci.

Spe igitur priuata, uno uiro excepto, sunt omnes frustrati: communis autem quæ de ea fuit opinio, fefellit neminem. Post paruum enim temporis spacium, orta inter Deas lis est de præstantia formæ, & eius arbiter honorarius Priami filius Alexander delectus. Is Iunone regnum Asiæ pollicente, Minerua uictoriam in bellis, Venere coniugium Helenæ: cum non posset inter corpora dijudicare, neq; diuinorum uultuum fulgorem sustinere, ac munerum potius iudex esse cogeretur: consuetudinem Helenæ cæteris omnibus anteposuit. non quod uoluptates præcipuè spectaret (quanquam enim eas uiri sapientes multis alijs rebus præferunt, non tamen eò impulsus est) sed Iouis gener fieri et nominari studuit: existimans eum honorem longè maiorem & præclariorem esse, quàm Asiæ regnũ. Magna enim imperia & potentiam, etiam nihili hominibus olim obuentura: tali uerò muliere ex omni posteritate dignatum iri neminem. Animaduertit etiam, se nullum pulchrius patrimonium suis liberis posse relinquere, quàm si tam paternam quàm maternã originem ad Iouem referrent: quippe qui sciret, cætera fortunæ commoda celeriter aut interire, aut transire ad alios: sed nobilitatem, semper apud eosdem permanere. Quare hunc delectum in totius sui generis commodũ cessurum prospiciebat, cum cætera munera non ultra sui æui terminos duratura essent. Ac nemo uir cordatus est, quin hæc prudentißimè cogitata fateatur. Quidam autem ex eorum numero, qui nihil quod rem anteceßit considerant, sed ex euentu iudicant omnia, conuicijs eum incessere non dubitarunt: quorũ amentia ex ipsis maledictis animaduerti ab omnibus facile potest. Quid enim magis ridiculum admittere queant, quàm si sua ingenia illi antecellere sperent, cui primas deæ detulerunt? Nec enim quibus de rebus tanta inter ipsas orta erat cõtentio, eas cuiuslibet authoritati dijudicãdas permiserũt: sed de

Secundus raptus ab Alexãdro.

Approbatio iudicij Alexandri, per collationem munerum.

Nobilitas.

Refutatio reprehensionum Alexandri.

Diuinum iudicium humano grauius.

κριτὴν ἐκλέξασθαι τὸν βέλτιστον, ὅσην περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος
„ ἐπιμέλειαν ἐποιήσαντο. χρὴ δὲ σκοπεῖν, ὁποῖός τις ἦν, καὶ δοκιμά-
„ ζειν αὐτὸν, οὐκ ἐκ τῆς ὀργῆς τῶν ἀτυχουσῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἅπασαι βου-
„ λευσάμεναι, προείλοντο τὴν ἐκείνου διάνοιαν. κακῶς μὲν γὰρ πα-
θεῖν ὑπὸ τῶν κρειττόνων, οὐδὲν κωλύει καὶ τοὺς μηδὲν ἐξημαρτηκότας.
τοιαύτης δὲ τιμῆς τυχεῖν, ὥστε θνητὸν ὄντα, θεῶν γενέσθαι κριτὴν,
ἐκ τῆς τῶν ἡρώων καὶ θεῶν κρίσεως. οὐχ οἷόν τε μὴ οὐ τὸν πολὺ τῇ γνώμῃ διαφέροντα. θαυμάζω δ' εἴ τις
οἴεται κακῶς βεβουλεῦσθαι τὸν μετὰ ταύτης ζῆν ἑλόμενον, ἧς ἕνε-
κα πολλοὶ τῶν ἡμιθέων ἀποθνήσκειν ἠθέλησαν. πῶς δ' οὐκ ἂν εἴη ἀ-
νόητος, εἰ τὰς θεὰς εἰδὼς περὶ κάλλους φιλονεικούσας, αὐτὸς κάλλους
κατεφρόνησε, καὶ μὴ ταύτην ἐνόμισε μεγίστην εἶναι τῶν δωρεῶν πε-
ρὶ ἧς κἀκείνας ἑώρα μάλιστα σπουδαζούσας. τίς δ' ἂν τὸν γάμον τὸν
ἑλένης ὑπερεῖδεν, ἧς ἁρπασθείσης οἱ μὲν ἕλληνες οὕτως ἠγανάκτη-
σαν, ὥσπερ ὅλης τῆς ἑλλάδος πεπορθημένης· οἱ δὲ βάρβαροι τοσοῦ-
τον ἐφρόνησαν, ὅσον περ ἂν εἰ πάντων ἡμῶν ἐκράτησαν; δῆλον δ' ὡς
αὔξησις ἐκ τῶν περιστατικῶν. ἑκάτεροι διετέθησαν. πολλῶν γὰρ αὐτοῖς πρότερον ἐγκλημάτων
γενομένων, περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἡσυχίαν ἦγον, ὑπὲρ δὲ ταύτης
τοσοῦτον συνεστήσαντο πόλεμον, οὐ μόνον τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς, ἀλλὰ
καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου, καὶ τῷ πλήθει τῶν παρασκευῶν, ὅσος οὐδεὶς πώ-
ποτε γέγονεν. ἐξὸν δὲ τοῖς μὲν ἀποδοῦσιν ἑλένην ἀπηλλάχθαι τῶν
παρόντων κακῶν, τοῖς δ' ἀμελήσασιν ἐκείνης, ἀδεῶς οἰκεῖν τὸν ἐπί-
λοιπον χρόνον· οὐδέτεροι ταῦτ' ἠθέλησαν, ἀλλ' οἱ μὲν περιεώρων, καὶ
πόλεις ἀναστάτους γινομένας, καὶ τὴν χώραν πορθουμένην, ὥστε μὴ
προέσθαι αὐτὴν τοῖς ἕλλησιν· οἱ δ' ᾑροῦντο μένοντες ἐν τῇ ἀλλοτρί-
ας καταγηράσκειν, καὶ μηδέποτε τοὺς ἑαυτῶν ἰδεῖν μᾶλλον, ἢ ἐκεί-
ἐκ τῆς αἰτίας καὶ τοῦ προσώπου ποιότητος. νην καταλιπόντες, εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ἐπανελθεῖν. καὶ ταῦτ'
ἐποίουν, οὐχ ὑπὲρ ἀλεξάνδρου καὶ μενελάου φιλονεικοῦντες, ἀλλ' οἱ
μὲν ὑπὲρ τῆς ἀσίας, οἱ δὲ ὑπὲρ τῆς εὐρώπης· νομίζοντες ἐν ὁποτέρᾳ
τὸ σῶμα τὸ ἐκείνης κατοικήσει, ταύτην τὴν χώραν εὐδαιμονεστέ-
τῶν ἡμιθέων φόνοι. ραν ἔσεσθαι. τοσοῦτος δ' ἔρως ἐνέπεσε τῶν πόνων καὶ τῆς στρατιᾶς ἐ-
κείνης, οὐ μόνον τοῖς ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς,
ὥστε οὐδὲ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας ἀπέτρεψαν τῶν ἀγώνων τῶν περὶ
τροίαν· ἀλλὰ ζεὺς μὲν προειδὼς τὴν σαρπηδόνος εἱμαρμένην, ἠὼς
δὲ τὴν μέμνονος, ποσειδῶν δὲ τὴν κύκνου, θέτις δὲ τὴν ἀχιλλέως, ὅ-
μως αὐτοὺς συνεξώρμησαν καὶ συνεξέπεμψαν· ἡγούμενοι κάλλιον
αὐτοῖς εἶναι τεθνάναι μαχομένοις περὶ τῆς διὸς θυγατρὸς μᾶλλον, ἢ
θεομαχία κατὰ σύγκρισιν. ζῆν ἀπολειφθεῖσι τῶν περὶ ἐκείνης κινδύνων. καὶ τί δεῖ θαυμάζειν
ἃ περὶ τῶν παίδων ἔγνωσαν; αὐτοὶ γὰρ πολὺ μείζω καὶ δεινοτέραν
ἐποιήσαντο

ſed de optimo iudice deligendo non minus eas fuiſſe ſollicitas, quàm de re ipſa laboraſſe, facile apparet. Conſiderandum autem eſt, qualis fuerit: & iudicium de eo faciendum, non è uictarum iracundia, ſed ex illarum omnium ſententia, cum eius mentem præ cæteris delegerunt. Nihil enim prohibet, à potentioribus malè accipi etiam innocentes: eum autem honorem adipiſci, ut qui mortalis eſt, Dearum iudex fiat. id uerò contingere non poteſt, niſi uiro laude ſapientiæ præſtantiſſimo. Miror autem eſſe quenquam, qui malè ſibi conſuluiſſe illum putet, qui cum ea uiuere decreuerit, propter quam multi ex Semideis emori uoluerunt. An uerò non deſipuiſſet, qui Deas de forma contendere ſciret, ſi formam ipſe ſpreuiſſet: nec id maximum donum exiſtimaſſet, quod ab illis quoq; maximè fieri uidiſſet? Quis uerò coniugium Helenæ aſpernatus eſſet, qua rapta Græci non ſecus ac ſi tota Græcia uaſtata fuiſſet, indignati ſunt: & Barbari ita ſuperbierunt, quaſi nos omnes ſuperaſſent? Neque uerò obſcurum eſt, quibus animis utrique fuerint. Nam cum antè multa inter eos crimina interceſſiſſent, propter alia nihil mouerunt: ſed ob hanc tantum bellum concitarunt, non ſolum iræ magnitudine, ſed & longitudine temporis, & multitudine apparatuum, quantum ad eum diem nullum fuerat unquam. Etſi autem poteſtas dabatur, alteris Helena reddita urgentibus malis liberari: alteris, ea neglecta, omne deinceps tempus ætatis domi ſecurè degere: neutri tamen hæc uoluerunt. ſed illi & urbes excindi, & agros uaſtari ſiuerunt, ne Græci ea potirentur: hi peregrè conſeneſcere, & ſuos nunquam intueri, quàm hac relicta domum reuerti maluerunt. Et hæc egerunt, non quòd uel Alexandrum, uel Menelaum tanti facerent: ſed alteri pro Europa, alteri pro Aſia dimicabant: exiſtimantes, in utra corpus eius incoleret, eam regionem feliciorem fore. Tanta certè cupiditas inceſſit laborum & expeditionis illius, non Græcis tantum & Barbaris, ſed dijs etiam, ut ne filios quidem ſuos à Troiani belli diſcriminibus abeſſe uellent. Nam Iupiter præſcius fati Sarpedonis, Aurora Memnonis, Neptunus Cygni, Thetis Achillis, tamen eos cohortati cæteris adiunxerunt: exiſtimantes gloriosius eis fore, ſi de filia Iouis dimicantes occumberent, quàm ſi periculorum illorum expertes domi conſeneſcerent. Quis uerò miretur, eos de ſuis filijs ita ſtatuiſſe: cum ipſi dij eo bello multo acrius & uehementius præliati

A' iudicio heroum & dearum.

Exaggeratio à circunſtantijs.

A' cauſa & qualitatibus perſonarum.

Semideorum cædes.

Deorum inter ſe pugnæ, per collationem.

ἐποιήσαντο τὴν παράταξιν, ἢ πρὸς τοὺς γίγαντας αὐτοῖς γενομένης.
πρὸς μὲν γὰρ ἐκείνους μετ' ἀλλήλων ἐμαχέσαντο. περὶ δὲ ταύτης πρὸς
ἑλένης ἔπαινος ἐκ | σφᾶς αὐτοὺς ἐπολέμησαν. Εὐλόγως δὲ κἀκεῖνοι ταῦτ' ἔγνωσαν,
τοῦ κάλλους. | κἀγὼ τηλικαύταις ὑπερβολαῖς ἔχω χρήσασθαι περὶ αὐτῶν. κάλλους γὰρ
” πλεῖστον μέρος μετέσχηκεν, ὃ σεμνότατον καὶ τιμιώτατον καὶ θειότατον
” τῶν ὄντων ἐστί. ῥᾴδιον δὲ διαγνῶναι τὴν δύναμιν αὐτοῦ. τῶν μὲν γὰρ ἀνδρείας
σύγκρισις. | ἢ σοφίας ἢ δικαιοσύνης μετεχόντων, πολλὰ φανήσεται τιμώμενα μᾶλ-
” λον, ἢ τούτων ἕκαστον. τῶν δὲ κάλλους ἀπεστερημένων, οὐδὲν εὑρήσομεν
” ἀγαπώμενον, ἀλλὰ πάντα καταφρονούμενα, πλὴν ὅσα τῆς ἰδέας
” ταύτης κεκοινώνηκε. καὶ τὴν ἀρετὴν διὰ τοῦτο μάλιστα εὐδοκιμοῦσαν,
” διότι κάλλιστον τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐστίν. γνοίη δ' ἄν τις κἀκεῖθεν, ὅ-
ἐκ τῶν ἐνεργειῶν, | σον διαφέρει τῶν ὄντων, ἐξ ὧν αὐτοὶ διατιθέμεθα πρὸς ἕκαστον αὐτῶν. τῶν
κατὰ σύγκρισιν. | μὲν γὰρ ἄλλων ὧν ἂν χρείᾳ γιγνώμεθα, τυχεῖν μόνον βουλόμεθα, περαι-
” τέρω δὲ περὶ αὐτῶν οὐδὲν τῇ ψυχῇ προσπεπόνθαμεν· τῶν δὲ καλῶν ἔρως
” ἡμῖν ἐγγίνεται, τοσούτῳ μείζω τοῦ βούλεσθαι ῥώμην ἔχων, ὅσῳ περ καὶ
τὸ πρᾶγμα κρεῖττόν ἐστι. καὶ τοῖς μὲν περὶ σύνεσιν ἢ κατ' ἄλλο τι προέ-
χουσι, φθονοῦμεν, ἢν μὴ τῷ ποιεῖν ἡμᾶς εὖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσά-
γωνται, καὶ στέργειν σφᾶς αὐτοὺς ἀναγκάσωσι· τοῖς δὲ καλοῖς εὐθὺς ἰδό-
ντες εὖνοι γιγνόμεθα, καὶ μόνους αὐτοὺς ὥσπερ τοὺς θεοὺς, οὐκ ἀπαγορεύο-
μεν θεραπεύοντες, ἀλλ' ἥδιον δουλεύομεν τοῖς τοιούτοις, ἢ τῶν ἄλλων
ἄρχομεν, πλείω χάριν ἔχοντες τοῖς πολλὰ προστάττουσιν, ἢ τοῖς μηδὲν
ἐπαγγέλλουσι. καὶ τοὺς μὲν ἄλλῃ τινὶ δυνάμει γιγνομένους λοιδοροῦμεν,
καὶ κόλακας ἀποκαλοῦμεν· τοὺς δὲ τῷ κάλλει λατρεύοντας, φιλοκάλους
καὶ φιλοπόνους νομίζομεν εἶναι. τοσαύτῃ δ' εὐσεβείᾳ καὶ προνοίᾳ χρώμε-
θα περὶ τὴν ἰδέαν τὴν τοιαύτην, ὥστε καὶ αὐτῶν τῶν κεκτημένων τὸ κάλ-
λος, τοὺς μὲν μισθαρνήσαντας καὶ κακῶς βουλευσαμένους, περὶ τὴν αὐτῶν
ἡλικίας, μᾶλλον ἀτιμάζομεν, ἢ τοὺς εἰς τὰ τῶν ἄλλων σώματα ἐξα-
” μαρτάνοντας. ὅσοι δ' ἂν τὴν αὐτῶν ὥραν διαφυλάξωσιν, ἄβατον τοῖς
” πονηροῖς ὥσπερ ἱερὸν ποιήσαντες, τούτους εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον
” τιμῶμεν, ὥσπερ τοὺς ὅλην τὴν πόλιν ἀγαθόν τι δράσαντας. καὶ
ἐκ τῆς Διὸς περὶ | τί δεῖ τὰς ἀνθρωπίνας δόξας λέγοντα διατρίβειν; ἀλλὰ Ζεὺς ὁ κρα-
τοῦ κάλλους κρί- | τῶν ἁπάντων, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐνδείκνυται,
σεως. | πρὸς δὲ τὸ κάλλος ταπεινὸς γενόμενος ἀξιοῖ πλησιάζειν. ἀμφι-
τρύωνι μὲν γὰρ εἰκασθεὶς, ὡς ἀλκμήνην ἦλθε· χρυσὸς δὲ ῥυεὶς, δα-
νάῃ συνεγένετο· κύκνος δὲ γενόμενος, εἰς τοὺς νεμέσεως κόλ-
πους κατέφυγε· τούτῳ δὲ πάλιν ὁμοιωθεὶς, λήδαν ἐνυμφεύ-
οἱ θεοὶ εἰρωνεύον- | σεν· ἀεὶ δὲ μετὰ τέχνης, ἀλλ' οὐ μετὰ βίας θηρώμενος φαίνεται τὰς
ται τὰς μοιχείας | φύσεις τὰς τοιαύτας. τοσούτῳ δὲ μᾶλλον προτετίμηται τὸ κάλλος
τῶν γυναικῶν.

παρ' ἐκεί-

prœliati sint, quàm bello Giganteo? Nam contra illos coniunctis uiribus dimicarunt: propter hanc ipsi inter sese pugnauerunt.

Rectè autem & illi sic senserunt, & hæc mihi grandiloquentia concessa est. Nam insigni pulchritudine prædita fuit, qua in tota rerum natura nihil est augustius, nihil preciosius, nihil diuinius. Cuius uires hinc facile intelliguntur. Multa enim sunt, quibus plus honoris quàm uel fortitudine, uel iusticia, uel sapientia præditis habeatur. Eorum autem qui pulchritudine destituuntur, nihil diligi, sed contemni potius omnia, quæ huius boni expertia sunt: & uirtutem eò potissimum celebrari, quòd omnium actionum pulcherrima sit, reperiemus. Quantum autem pulchritudo antecellat omnibus rebus, è nostris affectionibus erga formosos intelligi potest. Nam cæteris rebus quarum usus aliquis nobis esse potest, tantum potiri uolumus, animi uerò propensione ulterius haud progredimur: sed pulchrorum amor natura nobis est insitus, cuius tanto maiores uires sunt, quàm ut deliberandi spacium præbeat, quanto res ipsa est potentior. Ac ijs quidem qui uel sapientia uel alia quapiam facultate præcellunt inuidemus, nisi nos quotidianis beneficijs alliciant, & sui amorē extorqueant: formosis autem è primo aspectu beneuolentia coniungimur, & eos solos quemadmodum Deos colendo non defatigamur, sed libentius eis inseruimus, quàm alijs imperamus: maioremq; illis gratiam habemus, si multa imperent, quàm si nihil faciendum denuncient. Iam si qui alteri cuipiam præcellentiæ obnoxij sunt, eos insectamur, & adulatores nominamus: seruos autem pulchritudinis, elegantes & industrios existimamus. Tanta denique pietate & cura formam complectimur, ut si qui formosorum malo consilio florem ætatis prostituerunt, seueriore censura notemus, quàm eos qui aliena corpora uiolarunt. Qui uerò ita suam formam custodiunt, ut tanquam in templum nullus improbis pateat aditus: eos reliqua ætate perinde ac si toti ciuitati benefecissent, honoramus. Et quid opus est humanis opinionibus recensendis immorari? Cum Iupiter optimus maximus in alijs potentiam suam demonstret, ad pulchritudinem uerò humili persona assumpta dignetur accedere? Nam sub Amphitryonis specie, ad Alcmenam uenit: in aureum hymbrem mutatus, cum Danae cōgressus est: cygnus factus, in sinū Nemeseos confugit: ac iterū sub eiusdē auis specie, Ledā sibi despōdit. Semper deniq; arte quapiā, nunq̄ ui, tales naturas uenatus est. Tanto aūt apud Deos forma honoratior est,

Helenæ laus à pulchritudine.

Collatio.

Ab effectibus, per collationē.

A Iouis de forma iudicio.

Dij ad uxorum adulteria conniuent.

παρ' ἐκείνοις ἢ παρ' ἡμῖν, ὥστε καὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἑαυτῶν ὑπὸ τούτου κρατουμέναις συγγνώμην ἔχουσι. καὶ πολλὰς ἄν τις ἐπιδείξειε τῶν ἀθανάτων, αἳ θνητοῦ κάλλους ἡττήθησαν, ὧν οὐδεμία λαθεῖν τὸ γεγενημένον ὡς αἰσχύνην ἔχον ἐζήτησεν, ἀλλ' ὡς καλῶν ὄντων τῶν πεπραγμένων, ὑμνεῖσθαι μᾶλλον ἢ σιωπᾶσθαι περὶ αὐτῶν ἠβουλήθησαν. μέγιστον δὲ τῶν εἰρημένων τεκμήριον· πλείους γὰρ ἂν εὕροιμεν διὰ τὸ κάλλος ἀθανάτους γεγενημένους, ἢ διὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας.

ἀποθεώσεις διὰ κάλλος.

Ὧν Ἑλένη τοσούτῳ πλέον ἔσχεν, ὅσῳ περ καὶ τὴν ὄψιν αὐτῶν διήνεγκεν. οὐ γὰρ μόνον ἀθανασίας ἔτυχεν, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν ἰσόθεον λαβοῦσα, πρῶτον μὲν τοὺς ἀδελφοὺς ἤδη κατεχομένους ὑπὸ τῆς πεπρωμένης, εἰς θεοὺς ἀνήγαγε· βουλομένη δὲ πιστὴν ποιῆσαι τὴν μεταβολήν, οὕτως αὐτοῖς τὰς τιμὰς ἐναργεῖς ἔδωκεν, ὥσθ' ὁρωμένους ὑπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνευόντων σώζειν, οἵτινες ἂν αὐτοὺς εὐσεβῶς ἐπικαλέσωνται. μετὰ δὲ ταῦτα Μενελάῳ τοσαύτην χάριν ἀπέδωκεν ὑπὲρ τῶν πόνων καὶ τῶν κινδύνων, οὓς δι' ἐκείνην ὑπέμεινεν, ὥστε τοῦ γένους ἅπαντος τοῦ Πελοπιδῶν διαφθαρέντος, καὶ κακοῖς ἀνηκέστοις περιπεσόντος, οὐ μόνον αὐτὸν τῶν συμφορῶν τούτων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ θεὸν ἀντὶ θνητοῦ ποιήσασα, σύνοικον αὑτῇ καὶ πάρεδρον εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα κατεστήσατο. καὶ τούτοις ἔχω τὴν πόλιν τῶν Σπαρτιατῶν, τὴν μάλιστα τὰ παλαιὰ διασώζουσαν, ἔργῳ παρασχέσθαι μαρτυροῦσαν. ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς, θυσίας αὐτοῖς ἁγίας καὶ πατρίους ἐπιτελοῦσιν, οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλ' ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις οὖσιν. ἐπεδείξατο δὲ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν. ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς, ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος. ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε. λέγουσι δέ τινες καὶ τῶν Ὁμηριδῶν, ὡς ἐπιστᾶσα νυκτὸς Ὁμήρῳ προσέταξε ποιεῖν περὶ τῶν στρατευσαμένων ἐπὶ Τροίαν· βουλομένη τὸν ἐκείνων θάνατον ζηλωτότερον, ἢ τὸν βίον τῶν ἄλλων καταστῆσαι. καὶ μέρος μέν τι καὶ διὰ τὴν Ὁμήρου τέχνην, μάλιστα δὲ διὰ ταύτην, οὕτως ἐπαφρόδιτον καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστὴν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ποίησιν. ὡς οὖν καὶ δίκην λαμβάνειν καὶ χάριν ἀποδοῦναι δυναμένην, τοὺς μὲν τοῖς χρήμασι προέχοντας, ἀναθήμασι καὶ θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις προσόδοις ἱλάσκεσθαι καὶ τιμᾶν αὐτὴν χρή· τοὺς δὲ φιλοσόφους, πειρᾶσθαί τι λέγειν περὶ αὐτῆς ἄξιον τῶν ὑπαρχόντων ἐκείνῃ. τοῖς γὰρ
» πεπαιδευμένοις πρέπει, τοιαύτας ποιεῖσθαι τὰς ἀπαρχάς.

ἰσόθεος ἡ Ἑλένης δύναμις.
Διοσκοῦροι.
Μενέλαος.
θυσίαι ἐν Θεράπναις.
Στησίχορος τυφλωθείς.
Ὁμήρου τὸ ἐπαφρόδιτον.
παραίνεσις, ὅτι δεῖ τιμᾶν τὴν Ἑλένην.

Πολὺ

quàm apud nos, ut etiam suis uxoribus, si cuius pulchritudine uincantur, ignoscant. Ac multæ immortalium proferri possunt, quæ cum humanæ formæ succumberent, tantum abfuit ut ulla rem eam sibi dedecori esse putaret, aut clàm habere studeret, ut tanquam re bene ac laudabiliter gesta, hymnis celebrari potius, quàm sileri uoluerint. Cuius rei signum euidentissimum illud est, quòd plures inueniemus ob formæ præstantiam immortalitatem adeptos, quàm propter uirtutes cæteras uniuersas. Ob formam in cœlum translati.

Quibus Helena tanto meliore conditione fuit, quanto eis etiam facie præstitit. Non enim tantum immortalitatem adepta est, sed potestatem diuinam consecuta: primùm fratres, qui fato iam concesserant, inter Deos retulit. Cum autem euidentem facere mutationem illam uellet, honores ita manifestos eis dedit, ut in mari conspecti, periclitantes seruent, quicunque ipsos piè inuocarint. Deinde Menelao tantam gratiam retulit pro laboribus & periculis sua causa susceptis, ut cum genus omne Pelopidarum interisset, malis inexplicabilibus oppressum, non tantum ex illis calamitatibus eum eripuerit, sed mortalem eius sortem diuinitate mutarit, eumq́; contubernalem sibi & assessorem in omne æuum constituerit. Harum rerum Spartiatarum urbs, diligentissima uetustatis custos, re ipsa testimonium mihi perhibebit. Nam in hunc usque diem Therapnis in Laconia, patrio ritu sanctè illis sacra faciunt, non ut heroibus, sed utrisque ut diuis. Ostendit etiam Stesichoro suam potentiam: qui cum initio sui carminis eam nonnihil perstrinxisset maledictis, surrexit oculis orbatus: sed postquam causa calamitatis intellecta, palinodiam quam uocant fecit, eius beneficio uisum recepit. Quinetiam Homeridarum quidam aiunt, eam noctu Homero apparuisse, ac mandasse ut de ijs scriberet qui ad Troiam militassent, quò mors eorum optabilior, quàm aliorum uita redderetur: ac poesim eius ex parte Homeri etiam solertia, in primis uerò propter Helenam, ita gratiosam, & apud omnes celebrem esse factã. Eos igitur qui opibus pollent, donarijs & sacrificijs & supplicationibus, cæteris'que cultibus eruditos, studiosa & honorifica celebratione placare & honorare decet eam, ut quæ tum irrogare pœnam, tum gratiam referre possit. Nam liberaliter institutos, tales ei primitias immolare conuenit.

Helenæ diuina potentia. Castor & Pollux.

Menelaus.

Sacrificia Therapnæa.

Stesichorus.

Homeri gratia.

Admonitio de colenda Helena.

Πολὺ δὲ πλείω τὰ παραλελειμμένα τῶν εἰρημένων ἐστί. καὶ χωρὶς γὰρ τεχνῶν καὶ φιλοσοφιῶν καὶ τῶν ἄλλων ὠφελειῶν, ἃς ἔχοι τις ἂν εἰς ἐκείνην τὸν πόλεμον τὸν τρωϊκὸν ἀνενεγκεῖν, δικαίως ἂν καὶ τοῦ μὴ δουλεύειν ἡμᾶς τοῖς βαρβάροις, ἑλένην αἰτίαν εἶναι νομίζοιμεν. εὑρήσομεν γὰρ τοὺς ἕλληνας διὰ ταύτην ὁμονοήσαντας, καὶ κοινὴν στρατείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ποιησαμένους, καὶ τότε πρῶτον τὴν εὐρώπην κατὰ τῆς ἀσίας τρόπαιον στήσασαν· ἐξ ὧν τοσαύτης μεταβολῆς ἐτύχομεν, ὥστε τὸν μὲν ἐπέκεινα χρόνον οἱ δυστυχοῦντες ἐν τοῖς βαρβάροις, τῶν ἑλληνίδων πόλεων ἠξίουν ἄρχειν· καὶ δαναὸς μὲν ἐξ αἰγύπτου φυγὼν, ἄργος κατέσχε. κάδμος δὲ ὁ σιδώνιος θηβῶν ἐβασίλευσε. κᾶρες δὲ τὰς νήσους κατῴκουν· πελοποννήσου δὲ συμπάσης, ὁ ταντάλου πέλοψ ἐκράτησε. μετ᾽ ἐκεῖνον δὲ τὸν πόλεμον, τοσαύτην ἐπίδοσιν τὸ γένος ἡμῶν ἔλαβεν, ὥστε καὶ πόλεις μεγάλας καὶ χώραν πολλὴν ἀφελέσθαι τῶν βαρβάρων. ἢν οὖν τινὲς βούλωνται ταῦτα ἐπεξεργάζεσθαι καὶ μηκύνειν, οὐκ ἀπορήσουσιν ἀφορμῆς, ὅθεν ἑλένην, ἔξω τῶν εἰρημένων, ἕξουσιν ἐπαινεῖν, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ καλοῖς καὶ καινοῖς λόγοις ἐντεύξονται περὶ αὐτῆς.

εὐεργεσίαι ἑλένης κατὰ παράλειψιν.

πάλαι οἱ βάρβαροι ἄρξαντες τῶν ἑλλήνων.

δαναός.
κάδμος.
κᾶρες.
πέλοψ.

Τέλος.

Plura sunt autem quæ præterij, quàm quæ commemoraui. Nam præter artes & ingeniosa cogitata, cæterasq; utilitates quæ in illam Troianumq; bellum referri possent, iure id quoque Helenæ ascribetur, quòd Barbaris non seruimus. Constat enim, cum propter eam Græci concordiam iniissent, & cõmunem expeditionem contra Barbaros suscepissent, tum primum Europam de Asia triumphasse: unde res nostræ ita mutatæ sunt, ut superioribus temporibus si qui apud Barbaros calamitate premebantur, imperium in Græcas urbes sibi arrogarent. Nam Danaus ex Aegypto profugus, Argos occupauit: Cadmus Sidonius Thebis imperauit: Cares insulas tenuerunt: Pelops Tantali filius, uniuersam Peloponnesum subegit. Post illud autem bellum nostræ gentis opes ita auctæ sunt, ut & magnas urbes & multas prouincias Barbaris eripuerint. Quare si qui sunt qui hæc uelint expolire & dilatare, non eis occasio defutura est Helenæ extra ea quæ diximus laudandæ: sed multa & præclara & noua de ea dicendi materia suppeditabitur.

Beneficia Helenæ per prætermitionem.

Barbari olim Græcis dominati.

Danaus.
Cadmus.
Cares.
Pelops.

FINIS.

ERRATA.

Pagina 82. uersu 9. dele ἦ. 108.4 scribe ἀπήλλαχθαι. 112.5 ἄνω. 113.5 uideo enim res deorum. 122.25 lege χρὴ δ' οὔποτ' οὐδὲν' εἰδέν' ὄλβιον. 160.2 scribe ἦθος δυσμενὲς. 162.20 scribe παρ' ὧν δ' ἔχειν. 166.24 scribe οὐδ' ἔφυ. 177.3 lege: me non fefellit. 200.8 scribe σὺν δίκῃ & 16 ἐπεισφέρουσιν. 202.16 scribe λυπεῖν. 204.14 ἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων. 208.18 φυλάσσεσθαι. 210.18 lege σημήνας. 216.2 μὴ ἐφυβρίζεσθαι. & 6. θυγατρί. 220.21 μέλη. 223.25 lege, an uerò non superbimus? 226.7 ἅ, ἵν. 270.19. adde post μόχθων, dictionem βραχεῖ. 271.25 lege equos. 272.11 ἀμηχανία. 356. annotatione 3. lege nutricij pro nuncij.

RERUM ET VERBORUM IN ARISTOLOGIA EURIPIDEA PRAECIPUE MEMORABILIUM ELENCHUS: *in quo obseruabis, quoties duo numeri occurrunt, priorem esse Paginæ, posteriorem Sententiæ indicem.*

Aiax

B

D

cum

E

educa-

G

iuſtè

Planudes

sexui.

 cium

FINIS.

